¶ Primũ q̃rũ dr gratificatõnis. z accipit a Fran. de may. in ser. de cõceptõe hginis: vbi ait. Sicut ab eterno fuit hgo pordinata ad plenã gratiã: sic fuit pdestinata ad pfectã naturã. Dec ille. Cũ q̃ in ipa b. hgie fuerit plenitudo gratiaz: ita q̃ oes creaturas meritis z hrtibz z gratijs supauit: iurta illud Hiero. in ser. ad Eustochiũ dicentis. Sicitaq̃ vbiq̃ ꝛfideter sctã dei canit eccl'ia: qđ de nullo alio sctor fas est credere: vt vltra angelos z archãgelos z merita transcẽderit ẽ. Un ipsi gl'iose hgini dici potest illud puerb. vltimo Multe filie cõgregauerũt sibi diuitias: tu hpo supgressa es vniuersas. Sequit q̃ ipa dei mater etiã habuit pfectionẽ nature: z in hoc supauit oes creaturas. Hãc aũt pfectiõz nõ habuisset si originalis pcti plaga vulnerata fuisset. q̃ ẽ. ¶ Scdm fundamẽtũ dr delponsatiõis. Decẽs eteni fuit z cõsonũ rationi vt sponsa castissima dei nũq̃ careret gra sui spõsi: sed semp iũgeret illi gl'iosino charitatz: ita vt nec quidẽ p momẽtũ inter ipam z sponsũ iimicicia contraheret: nec diuortiũ fieret. q̃d licite fieri nõ põt sine cã. xxxij. q. j. c. de benedicto. z. q. vj. c. nihil. z. de frigi. z male. c. fi. Si aũt in pcõ originali fuisset bñdicta hgo cõcepta p illo tunc nõ fuisset eius amica sed inimica: z asponso suo diuertisset z separata fuisset. sed inter ipam z deũ semp fuit amicicia z dilectio. vnd ipa inqt Cañ. vj. Ego dilecto meo z dilect⁹ me⁹ mihi. s. cõiũctus est: z semper fuit vnit⁹. ergo sine peccato ꝛcepta fuit. Ab eterno em̃ semp dilexit eã vt matrẽ suaz futurã: z in tpe vt matrẽ factã: sm̃ Scotum z Hugonẽ de castro nouo in. iij. di. iij. Et iõ eã defendit a vitupio pcti originalis. fuit nãq̃ ille de q̃ dici potuit illd Ouid. in. ij. fine rñ. s. felix q̃ qđ amat defendere fortiter audet. tãs etem̃ fuit amor iter xpm z matrẽ ei⁹ q̃ de eis dici poterat illud eiusdẽ poete. iij. de tristibz sz. Hi duo corporibus: mẽtibz vnus erat. R

¶ Tertiũ fũdamẽtũ dr pfuatiõis seu defensionis sic arguendo. Si deus preseruauit

Q Rõdet ad sponsationis.

R Rõdet ad fuationis

z defendit ꝑginẽ gl̃iosam a veniali pctõ: qđ nõ ꝑuat gra dei: z ꝑ stare cũ charitate. vt dicũt theol. i. iij. di. xxj. z ibi Sco. q. j. z sanctus Tho. j. ij. q. lxxxix. ar. j. z hoc vt eẽt ido nea mater ihũ: zob amoꝛẽ quẽ ei ab eẽno poꝛtauit. Ergo inconuenies videt credere q ꝑmi serit illã labi in oꝛiginali pctõ ꝑuãte gratia diuina. Nõ em̃ essz verꝰ amoꝛ si aliqs defenderet amicũ suũ ne ad modicũ leuiter ꝓberaretur: quẽ tamẽ ꝑ gulã suspẽdi vel capite diuiteret detruncari. Talis nanqz diceret frustra defendere amicũ suum. Nam frustra fit qđ factũ nõ releuat. l. hec stipulatio. ff. diuꝰ. ff. vt lega. nomi. cauea. Cũ g̃ vt inq̃t Scotꝰ vbi. s. peccato veniali nõ coꝛrespondeat pena eterna sicut oꝛiginali cuiqz inter peccatũ mortale z veniale nõ sit ꝓpoꝛtio: quia ifinita venialia si darent vni mortali nõ equarent in grauitate offense vel pene: vt inq̃t Rich. in. iij. di. xvj. ar. ij. q. ij. q. venialí nõ datur pena infinita sicut mortali. Sequit q ridiculũ esset credere q deꝰ dilectã sponsam suã quã a veniali ꝑseruare voluit cadere ꝑmiserit in pctõ oꝛiginali: qđ auertit a summo bono z a diuino amoꝛe: z cui pena debet eterna z infinita. Nã valde maius malũ est cẽ in pctõ oꝛiginali ꝑ vnicũ instãs qz in qñtũcũqz venialibꝫ ꝑ qñtũcũqz tpis spaciũ: vt ꝓbat Frã. de may. in. iij. di. iij. Si igit̃ pctm veniale minoris grauedinis noluit deꝰ esse i anima bte ꝓginis ꝓpter eiꝰ dignitatẽ: qz eiꝰ repugnasset puritas. vñ inq̃t Tho. in. iij. parte sum. q. xxvj. ar. vj. q ipa nũqz peccauit venialiter. ergo multomin⁹ voluit deꝰ in ea esse oꝛiginale: qđ magis eiꝰ puritati repugnat. Et ideo eã liberauit z custodiuit ab eo: sicut ꝑdixerat Dauid ps. xij. dicẽs bteꝫginí. Domiꝰ custodit te ab oi malo: custodiat aiam tuã dñs. Dñs custodiat introitũ tuũ z exitum tuũ ex hoc nunc z vsqz in seculũ. Et hoc fundamẽtũ ponit magr Petrꝰ de candia in iij. sen. di. iij. vbi etiã dat exemplũ dicẽs q si cũ aliqua alkedine nõ põt stare gradꝰ nigredinis vt duo ꝓpter eius repugnãtiã: multo minus poterit stare gradꝰ vt qttuoꝛ. g̃ ꝛc.

S Rõe operationis

¶Quartũ fundamẽtũ dicit̃ operatiõis. Nã oꝓrabilꝰ est anima nõ pollui cũ coꝛpus inceneraꝛi: q anima ꝓciosioꝛ est coꝛpore. c. si habes. xxiij. q. ij. sz bta ꝓginẽ obtinuit de coꝛpore ne incineraret: vñ de illo dr̃ Ps. xv. Nõ dabis sanctũ tuũ videre coꝛruptionẽ. Et Aug. in sermone de assumptiõe ꝓginis dicit. Coꝛpꝰ sanctissimũ de quo xpus carnẽ assumpsit: vermibus traditum fuisse sentire nõ valeo: dicere erubesco. Ergo z credẽdũ est q multo magis obtinuit aiẽ ipollutionẽ z incoꝛaminationẽ Idem magr Bartho. pisanꝰ in li. bte virginis structu. vij. arguit sic ꝑ cõceptiõe ꝓginis Incineratio ẽ seqla pcti necessaria. Ben. iij. Linis es z in cinerẽ reuerteris. sz ꝓgo nõ ẽ incinerata. ergo ẽ. Et h̃ argumẽtum ponit Petrꝰ aureoli i tract. de ꝛceptiõe bte ꝓginis z subdit dicẽs q bta ꝓgo potiꝰ elegisset coꝛrosionẽ vermiũ z ꝓtuã icinerationẽ in carne: qz habere odiũ z iraꝫ atqz offensam dei per pctm oꝛiginale. ¶Quintũ fundamẽtũ dicit̃ punitiõis: z est quoꝛũdã theologoꝝ moderꝛnoꝝ in iij. sen. di. iij. Quod fundamẽtũ ponit reuerẽdus pater frater Michael de carchano in suo qdragesimali: de pnia sermone vij. Et possumꝰ arguere sic ꝛm ꝑdictos doctores. Si beata virgo maria fuit cõceptã pec cato oꝛigiali fuit magis punita ꝑ illo tempe siue in illo instãti qz oẽs creature que fuerũt in mũdo. qđ est crudele z ĩpijssimũ dicere qz aliꝗ peccauerit actualit̃ z ꝓsequẽter grauꝰ puniri debẽat. z ꝓbat ꝑdicta cõclusio arguẽdo sic. Illud qđ plus perdit ꝑ aliquo tẽpoꝛe plus punit̃. sed virgo maria si cõtraxit pctm oꝛiginale plus sola ꝑdidit ꝑ illo tempoꝛe qz omes alĩ damnati. quoniã si oẽs hoies huius mũdi fuissent ꝑdestinati nõ attigissent ad ꝓgis meritũ z ꝑmiũ. ergo cũ pctõ moꝛtali ꝓmeruerit aiã oĩbus spũalibꝫ bonis: z ꝓstituatur sub potestate diaboli. sequit q bta ꝓgo in peccato oꝛiginali siue mortali existẽs plus aliꝰ ꝑdidit. qz gram ad quã ipa sola erat ꝓpositꝰ habere nõ potuit. licet em̃ amissio futuri lucri nõ dicat̃ ꝓprie damnũ. l. nemo. ff. ꝑ socio. z. l. j. §. sicut. ff. de aqua plu. ar. Nã aliud est lucꝝ nõ capere: aliud ꝓ damnũ sentire. l. seruus. C. de pac. z. l. fi. C. de codi. tamẽ vbi spes est radicata de ꝑsenti ad lucrũ cõsequẽdũ rõe talis spei dicit̃ dãnũ amissio ipi⁹ lucri: vt inq̃t Bartho. in. l. post emãcipationem. §. illud. ff. de libe. lega. z tale fuisset dãnum ipi⁹ bte ꝓginis: que ad ipas gratias erat dispositꝰ de pñti in instãti sue ꝛceptõis imo ad illas ab eterno oꝛdiata. Proũ. viij. Itẽ cũ culpa oꝛiginalis pcti pena damni puniat. i. priuatiõe gre z visionis diuine: potiꝰ elegisset mater dñi oĩmodã penã inferni qz diuina gratia z visiõe ꝑuari ꝑ oꝛiginale peccatum. qz vt dicũt theologi i. iij. di. i. z Richar. noster ibi ar. v. q. vlti. maioꝛ pena quã habeãt damnati est ꝑuari visiõe diuina. vñ Chꝛys. sup Matth. dicit q si essent decem mille gehẽne nõ possent cum pena et dolore

T Rõe punitiõis

ꝓpatiõis visiõis diuine cõparari. Et subdit q ipe poti⁹ eligeret esse in inferno cũ visione dei q̃ extra sine ea. Beata aũt ẏgo tã acerbius fuisset punita q̃nto ad ampliorẽ gl̃iam & clariorẽ dei visionẽ erat ꝓparata. Et idoꝓbat venerãdus pater frater Ludouicus de turri in suo tract. de ꝯceptõe ẏginis q beata ẏgo poti⁹ elegisset esse in inferno q̃ in offensa dei p pcm̃ originale. Et irez poti⁹ elegisset totaliter ãnihilari q̃ esse p pcm̃ inimica dei. Quilibet em̃ vult poti⁹ velle nõ ee q̃ esse cũ dei iniuria: vt pbat Rich. in. iij. sen. di. l. ar. iij. q. ij. ¶Alio q̃z sil'i fũdamẽto ꝓbari pt q̃z eos dẽ doctores beatã ẏginẽ ab originali' peccati vicio fuisse pseruatã. qõ dr oditionis: arguẽdo sic. Si brã ẏgo fuit ꝯcepta ĩ pctõ originali: sequit q ipsa fuerit pl⁹ odita a deo ꝓ illo tpe q̃ Layn aut Judas: vel q̃cũq̃ ali⁹ dãnatus. quod est impiũ & nefariũz dicere. Et ꝓbat pdicta cõclusio sequẽdo doctrinã predictoz doctoz vbi. s. Nam quãto pena includẽs culpã est maioꝛ & grauioꝛ: tanto talis pctõr a deo magis odit. Sz pena ẏginis fuisset maioꝛ: q plura bona pdidisset. et nõ ppt aliud nisi quia deus ipam in pctõ concipi voluisset. Igit illo tpe ea deus pl⁹ q̃z alios odio habuisset. Non em̃ est aliud odiũ dei q̃z subtractio gratie. Sicut dilectio ipius dei erga creaturam nihil aliud est q̃z gr̃e cõmunicatio vt dicũt theologi in. iij. di. xxij. Si igit beata ẏgo maria in peccato originali fuit cõcepta: cõcludendũ est q pdicto modo fuit pl⁹ ceteris odita: quia in pctõ originali existens cõicationẽ gratiaz ad q̃s dispsita erat nullaten⁹ habere potuit: vt s. dictũ est. & ꝛc.

Rõe odi tionis

U Rõe me diatiõis

¶Sextũ ꝓncipale fundamẽtũ dr mediationis. Inter extrema etem̃ necessario repit medium: vt inqt Arist. viij. phisi. & vij. metha. et notat in. l. imperiũ. ff. de iurisdom. in. sed in filijs hoim̃ ex natis ex masculo & femina est reperire aliq̃s ꝯceptos & natos ĩ originali peccato: vt sunt cõiter oẽs. aliq̃s ẏo ĩ originali cõceptos & nõ natos: sed in ventre matrũ sanctificatos: vt fuerũt Johes baptista & Hieremias. ergo debuit repiri aliq̃ psona ex masculo & femina generata: q nec nata nec cõcepta fuit in originali pctõ. Hoc aũt alicui melius nõ pt ꝓuenire q̃z mr̃i dei. ergo ꝛc. Ad h̃ etiã fũdamẽtũ adduci põt argumẽtũ sil'e: qõ ponit magr̃ Petrus aureoli in tractatu de conceptõe brẽ ẏginis di. Ad Ro. ix. Aplus distinguit iter vasa ire & vasa gr̃e & miscdie dei tangz in oppsita vasa. Est autẽ regula q si ynũ oppositoꝛũ est in natura: & reliquũ maxime si excellẽtius sit. Sed inter hoies inuẽti sunt aliq̃ q fuerũt vasa ire ppetua & erunt vt ꝯcepti in originali nec baptizati addiderunt blasphemias actuales: & in illis defuncti ppetuo sunt damnati. Inuẽiunt & aliq̃ q fuerunt vasa ire: deinde miscoꝛdie: vt baptizati. Ergo repiri debet extremũ alterz excellẽtius: qõ vicz sit aliq̃d vas miscdie dei ppetuũ q̃d nũq̃ fuerit de facto vas ire: pserti cui deus ad miscoꝛdiã ꝓnioꝛ sit q̃z ad irã. Ũn si inuenitur aliq̃d vas ire ppetuũ: magis decens est & rationabile q̃ inuentũ fuerit aliq̃d miseri coꝛdie vas eternũ. Nec valet si q̃s diceret q h̃ vas fuit xp̃s: nã ipe miscdia nõ idiguit: cũ miseriã pcti nõ habuerit nec h̃e debuerit de iure nec de facto: cui optuerit misereri. Maria ẏo & si de facto nõ habuerit: tñ habuisz si nõ fuisset miscdia ꝓuẽta. Hec ille. ¶Septimũ fundamẽtũ dicit exaltatiõis sic arguẽdo Sicut mater dei exaltata est in celis sup omnẽ creaturã: iuxta illõ qõ canit eccl'ia in officio assumptõis. Exaltata est sancta dei genitrix super choꝛos angeloz ad celestia regna. Ita exaltari debuit in terris sup oms puras creaturas p gratiã: q̃ grad⁹ glozie coꝛrespõdet gradui gratie. iuxta illud Psalmiste ps lxxxiij. Gr̃am & gl̃iam dabit dns. Et h̃e qõd inqt Hiero. in ꝓmone ad Eustochiũ dicẽs. Quãta gr̃am adepta est p ceteris in terrz tã excellentioꝛẽ gl̃iam obtinet in celis. Sicut q̃ si q̃s edificare vellet domũ altissimã: ei non faceret ꝓncipia seu fundamenta debilia: sz stabilissima. Nã ꝓncipiũ est q̃si dimidiũ toti⁹: vt ait Phus. j. Eth. & v. Topic. Et cuiusq rei potissima pars est ꝓncipium. l. j. ff. de oriu. vbi glosa allegat illud Oracij in epistolis. Dimidiũ facti qui bene cepit habet. Ita deus volẽs beatã ẏginẽ ad tante sublimitatis apicem elenarenõ voluit eius ꝓncipiũ seu fundamẽtũ. s. cõceptiõis facere in debilitate pcti: sed i roboꝛe gratie sue. Et ideo magister Bartho. pisan⁹ in li. brẽ ẏginis: fructu. vij arguit sic dicẽs. Maria exaltata est sup choros angeloz. q̃ originali carnit. aliter in hoc eis essz inferioꝛ. Et irez idem dicit. Maria exaltat sup oẽs creaturas: ergo purissima fuit sup oẽs. aliter non posset gl̃iari sup nõ habentes originale. Ideo in quodã ser. Berñ dicit. Nequaq̃ sup omes choꝛos angeloꝛũ ascendisset: si eos in puritate nõ trãscẽdisset. ¶Octauũ fundamẽtũ dicit enitatiõis. Nã bonũ est argumẽtũ ab absurdo euitãdo: vt notatur in. l. Nã absurdũ. ff. de opis liber. & in. l. qui stipẽdia. C. de pcu. et. c. quiescamus

Z Rões exaltatiõis

Y Rões enitatiõis

xij. di. Sed valde absurdũ fuisset q̃ corruptrix generis nostri Eua sine corruptõe fuerit fabricata: & viuificatrix humane nature maria in morte pcti sit ꝛcepta. ergo ipi dare debem⁹ ac tribuere hãc dignitatẽ q̃ ab oĩ macula pcti fuit p̃uata. De q̃ loq̃ns Bern. sup Missus est ait. O admiranda & oĩ honore dignã ẏginẽ. o feminã singularit̃ venerãda: sup oẽs feminas admirabilẽ: pentũ reparatrice: posteroꝝ viuificatrice. hec ille. Ad q̃rũ corroborationẽ p̃t adduci illd q̃d p̃it Ubertin⁹ de casali i li. j. arbor ẋpi xpi dicẽs. Sancte ieſus bñdict⁹ licẽ oĩa mira creauit sapia: sic illã bñdictã ẏginẽ matrẽ suã talẽ ꝛdidit in tpe q̃ eã elegit i sua sacratissima eternitate & talẽ tã nobilitate nature q̃z pfectiõe gre cõdidit matrẽ q̃lẽ decebat h̃e suã infinitissimã maiestatẽ. q̃z in ea & de ea ædebat sumere q̃d in eternũ sibi esset vnitũ vnitate pſone: & de q̃ exiret pcũ totꝰ liberatiõis & iustificatiõis & brificatiõis hũane. Propt̃ q̃d ille bñdict⁹ ieſus hãc sublimissimã ẏginẽ tanta pfectiõe pdurit: vt ipius sacratissime ẏginis pfectio soli deo cognoscenda seruet. vt de illa verificet illud Eccl. j. Ipe creauit illã in spũscto: & vidit & dinumerauit & mẽsus est. hec ille. Inconuenies g̃ erit dicere q̃ ea creauerit i pcti corruptõe. Absurdissimũ q̃z fuisset q̃ origo xpi fuisset minoris pfectiõis q̃z origo ade. q̃d necesse esset fateri si mater xpi in pcto fuisset cõcepta. Ergo vt hãc absurditatẽ euitem⁹ ædemus firmit̃ credere matrẽ dei ab eo fuisse ab oĩ labe pſeruatã. Hoc ãt fundamẽtũ colligit a mgro Bartho. pisano: q̃ in li. btẽ ẏgis fructu. vij. arguit dicẽs. Nõ minoris pfectõis fuerũt nouus adam & noua eua q̃z primi: ſz ꝑmi fuerũt facti sine impfectiõe pcti. ergo &c Ideo ꝺtra eos q̃ disputãt adũlius cõceptiõz beate matris dei ꝺ dñs Petr⁹ hyspan⁹ i tractatu de cõceptiõe eiusdẽ ẏginis. Honestior disputatio eẽt excellẽtiã aliquã sacrate virginis cõceptiõi supza ꝑmoꝝ parẽtũ creatõe cõcedere q̃z ipam illi inferiore appellare ꝑsumere. hec ille. Inconuenies q̃z fuisset vt illa que totũ genꝰ hũanũ sanare venit i sue ꝛceptõis exordio vulneraret. De qua loquẽs Aug⁹. i ser. de natiuitate ei⁹ dicit de eua & de ipa. Per cuſſit illa: sanauit ista. Itẽ absurdũ fuisset q̃ illa q̃ totũ mũdũ illustrare venerat in suo ꝑmordio obscuraret. De q̃ inq̃t Bernũ. i q̃dã ser. Marie ꝑsentia totꝰ illustrat orbis: ipsa em̃ est stella illa nobil⁹ ex Jacob orta: cui⁹ radius vniũsum mũdũ illuiat: cui⁹ splẽdor in supnis fulget & inferos penetrat. Absurdus etiã fuisset vt q̃ viuificare mortuos venit ipa moreret. de q̃ inq̃t Aug. vbi. s. Eua occidendo fuit: maria viuificando fuit. Morit aũt aĩa per pcm̃: vt dicit Ezech. xviij. Item inconuenies fuisset vt illa de q̃ ait Aug. vbi s. O ẏgo bñdicta: p cui⁹ benedictionẽ benedicitur oĩs creatura: i suo exordio maledicere. Itẽ q̃ illa de q̃ inq̃t Augſ. vbi. s. Mater generis nostri pena itulit mũdo: genitrix dñi nr̃i salutẽ attulit mũdo. in sua cõceptiõe dãnare. & q̃ illa q̃ totũ mũdũ nobilitare venerat: in virtutio pcti cõcipet. & q̃ odore suauissimũ deo angelis & hoĩb⁹ fragrare venit: in xta illd Eccl. xxiij. In plateis sicut cynamomũ & balsamũ aromatizãs odorem ædi. de q̃ inq̃t Piero. in ſmone ad Eustochiũ. Et ꝙa multis ẋtutũ erat repleta odoribꝰ manans fragrabat ex ea suauissim⁹ odor: etiã spiritibus angelicis in cõceptiõe sua fetida & putrida esset. Itẽ q̃ illa q̃ cũ incorpare ædebat: p⁹ fieret de corpe diaboli & ei⁹ mẽbr̃. Ut em̃ ait Grego. in quadã ℌmelia. & Alex. de ales. i. ij pte sum. i tractatu de pcto diaboli. Qui habet pcm̃ mortale est de corpe diaboli & omes iniqui sũt mẽbra ei⁹. Et hãc rõnẽ tãgit mgr Johes gerson in sua iosephina dicẽs in pſona xpi de mre sua. Et potui & volui redimẽs pfecti⁹ ipam ꝓuenies casum q̃z sit releuare ia centẽ. Tota fuit pulchra nulli vnq̃z obnoxia culpe. Absit vt attrixꝰ ab ea serpẽs: caput ei⁹ Antea ꝺtrixꝰ pcti sub pede fedo. Absit et vt fuerit tã mẽbrũ demonis vnq̃z. Hec ille. Itẽ absurdissimũ fuisset: vt illa q̃ debebat eẽ ſpõsa dei ꝓpius esset adultera diaboli. Scõm em̃ Aug. in quodã ser. oĩs aĩa aut ſponsa xpi est aut adultera diaboli. Absonũ q̃z extremũ vt illa cui canit eccl'ia. Aue regia celoꝝ: aue domina angeloꝝ. p originale pcm̃ fieret serua & ancilla demonũ. q̃ &c. ¶ Nonũ fundamentũ ꝺ sumilatiõis: q̃d ponit dñs Joh. de agacijs doctor pgamẽis in tract. suo de ꝛceptiõe ẏginis dicẽs q̃ valde cõgruũ fuit q̃ sic eua fuit ſil'is ade ad corruptionẽ: ita beata virgo maria ſimilis esset xpo ad reparationẽ. Et sic necesse fuit vt esset a peccato ĩmunis sicut & ipse xpus. Ideo ipi ẏgini gl'iose dicit i officio ꝛceptiõis. Maria mũdi gloria: lucꝫ eterne filia: te ꝑseruauit filius ab omni labe penitus Origialis macula cũcta reſplet secula. Sola post natũ vicijs nunq̃z ꝓtacta diceris.

¶ Decimũ fundamẽtũ ꝺ actiõis. Nã oĩe agens pfectũ agit ſm suã ꝛgruẽtiã & dispositionẽ in subiectis: vt ait Arist. ij. de aĩa. & notat in. l. qui filios. C. q̃ res pigno. obli. pos. &

Z Rõne ſt milatõis

A Rõne actionis

§.at si q̃s. instī. de iuristi. Patet in sole q̃ oia illuminat ⁊ calefacit atq; vigorem omnib⁹ tribuit nisi ꝓtraria apponant. Cum igit̃ sit agens pfectissimū cui null⁹ ꝺicere potest: ⁊ q̃ pt in ista oia facere q̃ nō iplicāt ꝺictioz: vt ꝛclarat Sco. i. iij. di. x. q. ij. ⁊ in q̃li. suo q. xj. Cunq; ipa ꝟgo benedicta fuerit ãte secula dispositā ⁊ ordinata vt esset nobilioꝛ et purioꝛ creatura mũdi: vt pbatū est. s. fmõe ij. pte vlti. Cunq; ipe de⁹ in illo pmo instanti sue cõceptiõis potuerit in ei⁹ anima ifundere gratiã gratū facientẽ: ⁊ ab oĩ pcto pseruatem: vt pbat. Sco. in. iij. di. iij. ⁊ mgr̃ Bartho. pisan⁹ in li. btẽ ꝟginis fructu. vj. Cũq; valde cõgruũ fuerit ꝛto matrẽ suã originali iusticia in cõceptõe sua ꝛcoꝛare: vt patere ꝑt ex pcedẽtib⁹. Sequit q̃ illã nõ tm̃ sine originali pcto creauit: ꝓseruauit ab oĩ macula: sz etiã mirabilioꝛi mõ ⁊ nobilioꝛi cõdidit eam pluribus q̃z puilegijs ꝛcoꝛauit q̃z humanus possit pcipe intellect⁹. Ideo canit in missa cõceptiõis: ⁊ ꝺicit ꝛto. Pri. Qui dilectã sponsam tuã gl'iosaz ꝟginẽ mariã oĩb⁹ ꝟtutib⁹ ornatã fabꝛicasti: ⁊ in purissima ei⁹ cõceptiõe ab originalis pcti macula illesaz pseruasti: vt tori⁹ esset innocẽtie speculũ ⁊ exẽplar sanctitatis: dignũq; existeret habitaculũ vnigeniti filij tui. ¶ Undecimũ fundamẽtũ ꝺe liberatiõis ꝓto cui⁹ ꝛclaratõe sciẽdũ est q⁹ vt dicũt alij deuoti doctoꝛes: maxie mgr̃ Ambro. ordinis seruoꝝ in suo q̃dragesimali de floꝛib⁹ sapientie. fmone. iij. pte. ij. ꝯclusiõe. iij. ⁊ fuit dictũ sancti Bernardini in quoda sermone beate ꝟginis. sz Adam ⁊ Eua ꝓpꝛ trãsgressionẽ diuini pcepti totalẽ meruissent annihilationem ⁊ extermiãtionẽ cũ oĩ posteritate sua: tñ puidẽs diuia clemẽtia hãc purissimã ꝟginem esse ĩ lũbis ipoꝝ radicalit̃: a quib⁹ nasci debebat ipsa nobilissima sponsa dei: a q̃ filiꝰ eterni regis generari ꝛebebat: iuxta illud ps̃ De fructu vẽtꝛ tui ponã sup sedẽ meã: sul pẽ dãt ĩdignationẽ suã. ⁊ pmos parẽtes cũ oĩ natura hũana ab eẽno exterminio liberauit. Ob eiusdẽ q̃z ꝟginis amoꝛẽ pseruauit Noe ꝛe dilunio: Abꝛaã ꝺ cede regũ. Isaac ꝛe ismael. Jacob ꝛe esau: ac pp'lum iudaicũ ꝛe manu pharaonis ⁊ de captiuitate babylonica liberauit. Dauid q̃z ꝛe leõe ⁊ ꝛe golia: ꝺ Saul ⁊ bꝛeuiter oĩes indulgẽtie ⁊ liberatiões facte a ꝛco in veteri testamento fm̃ pdictos doctoꝛes ob ꝟginis dilectionẽ puenere. vñ veri ficatũ fuit illõ puer. xxv. Gratia ⁊ amicicia sz beate ꝟginis: liberãt. s. ab oĩbus malis Quo ꝑsuppoſito sic arguit. Propꝛ q̃d vnũq̃dq; tale ⁊ illõ magis: vt ait phs. ij. Meth. ⁊ notat in. l. j. ff. ꝺe ꝓtrahẽ. em. ⁊ in cle. j. ꝺe reliquijs ⁊ vene. san. in glo. iij. ⁊ p. Joh. ꝛe imola ibidẽ. Si ergo ꝺe⁹ ob causam ꝟginis alios a tãtis malis liberauit ⁊ pꝛeseruauit: nõ dubiuz eẽ ꝺz q̃ multomagis ꝟginẽ ipaz ab oĩ malo pꝛecati voluit pꝛeseruare. ¶ Duodecimũ fundamẽtũ ꝺe ꝛebellatiõis. Sicẽ em̃ q̃ est eã cause ẽ causa causati: vt ꝺz in li. ꝺe causis: ⁊ notat p. Baldũ in. l. heredes. C. ad velle. ita econtrario q̃ ꝺestructoꝛ ẽ cause: ꝺestructoꝛ etiã ẽ causati. bonum est em̃ argumẽtũ a ꝓtrario sensu. l. j. §. hui⁹ rei. ff. ꝺe offi. ei⁹ cui man. est. iu. Cũ igit̃ btã ꝟgo ꝛebellauerit diabolũ q̃ fuit autoꝛ pꝛecati: q̃ ipm̃ pcm̃ credẽdũ est eã ꝛebellasse et subiugasse. ⁊ ad hoc ꝑt allegari illõ Abacuc iij. Percussisti caput ꝺe domo ipij: denudasti fundamẽtũ ei⁹ vsq; ad collũ. ¶ Tertiũ ꝺe cimũ fundamẽtũ ꝺz cõiũctiõis. Nã vt inq̃t Boecius. iiij. ꝺe ꝑso. natura respuit vt ꝓtraria queq; iungant: vt lux ⁊ tenebꝛe. sed ⁊ de⁹ lux est: ⁊ tenebꝛe in eo nõ sunt vlle Joh. j. ergo si btata ꝟgo fuisset q̃nq; ꝑ pcm̃ tenebꝛosa ꝑ illo tũc extitisset diuia cõiunctiõe indigna: imo ineptissima. quia vt dicit. ij. ad Choꝝ. vj. Nõ est pticipatio lucis ad tenebꝛas. Cũ igit̃ semp fuerit diuie cõiũctiõi ꝑpata: vt ꝑz ex pcedẽtib⁹: q̃ ⁊c. ¶ Quartũ decimũ fundamẽtũ ꝺz ꝛeuẽtiõis. vt em̃ inq̃t phs. ij. Metha. In oĩb⁹ geneꝝ speciebꝰ ẽ ꝛeuenire ad aliq̃ ꝺ vnũ q ꝺ sit meꝝ ⁊ mẽsura oĩm q̃ sunt in eodẽ genere. pater: nam in celẽtis ignis est pfectioꝛ: in astris sol: in angelis lucifer: in mentis bꝰ: in bestijs leo: in auib⁹ aquila: in piscib⁹ sirena. In specie aũt hoĩm xp̃us ꝑmatum tener. Londecẽs q̃ altissime extitit manifestati vnã pfectissimã ⁊ sine macula cõdere mulierẽ: que mũdicia ac virtute incõpabilis inter alias velut matutina stella innocentia ac puritate radiaret. Hec aũt excellẽtia nll'i melio⁹ cõpetere potuit q̃z matri dñi nr̃i. ergo verax est opinio ꝛe imaculato ꝯceptu ꝟginali. ¶ Quintũ decimũ fundamẽtũ dicit reuelatiõis. Pro cui⁹ ꝛclaratiõe est sciẽdũ q⁹ multa fuerũt quibusdã doctoꝛib⁹ incognita: q̃ post ea alijs fuerũt reuelata. vnde Aug⁹. de igne inferni dubitauit quo ad ei⁹ qualitatẽ ⁊ localitatẽ imãtũ vt nullũ ad eius cognitionez reputet puenisse: nisi diuino spũ ei reuelatũ fuerit: vt ipe ait. xx. ꝺe ciui. ꝺei. De quo tamẽ igne Bꝛego. ꝺe terminat in. iiij. dialogoꝝ: et quo ad qualitatẽ ⁊ quo ad localitatẽ. q̃ꝺ fortẽ sciuit p diuinã reuelationẽ: vera est ei eiusdem Aug⁹ sentẽtia. xj. ꝺe ciuita. ꝺei. c. iij. di.

B Rõe libꝛatiõis

C Rõe ꝛebellatiõis

D Rõe cõiũctiõis.

E Rõe ꝛeuẽtiõis.

F Rõe ꝛeuelatiõis

Dei sapiẽtia p quã facta sunt oĩa: q̃ in aĩas sanctas se trãsfert z amicos dei z pphas constituit eis opa sua sine strepitu int9 enarrat. hec ille. Nõ solũ aũt d9 reuelat interiori inspiratiõi: lz eã vocali locutõe: vt inq̃t Scotus i plogo p̃mi sñiaz. Cum g̃ pluries reuelatũ fuerit sanctis viris q̃ beata v̄go dei genitrix fuit sine originali pctõ cõcepta. De q̃b reuelatiõib dixi sufficienter in officio cõceptionis. multas q̃rũ ponit btus Ansel. i epla ad epos anglie: sequit indubitanter tenẽdũ q̃ ipsa fuit ab originali macula pseruata. fm enim doctrinã Sco. vbi s. sicut ex veris ppositõibus sillogistice ordinat̃ z nõ pt inferri nisi verũ: ita z multomagis ab infallibili veritate nõ reuelat nisi verũ. Si q̃s aũt adeo esset ptinax q̃ negaret istas reuelatiões ab ecclia approbatas pfecto diceret dãnare ecclam: qđ maximũ ẽ p̃cñ. pbat p. c. hec est fides. xxiij. q. j. Sz dicẽt aliq̃. Quid est q̃ nob nõ reuelant talia? Quib9 rñderi pt q̃ forte h̃ pcedit vna ex duabꝫ causis inter alias. vel q̃ ipi nõ merent̃ tales habere reuelatiões: aut q̃ si eis fierent forsitã postea nõ ppalarẽt eas. Nã q̃rũdam est opinio q̃ aliq̃ ex eis habuerit aliq̃n aliquã supnã reuelatiõz vl illuminatiõz quã vel secularib9 manifestare noluerũt: vel si eã manifestauerũt ab aliis stulti vel mendaces reputati sunt: z forte postea ab eis ita libẽter visi sic a cornis pauones videri solẽt. Omissis igit̃ pdictis reuelatiõib9 referã reuelatiõz quã fecit beata v̄go maria brẽ Birgitte: sic in reuelatiõib9 ei9 habet: dicẽs. Sicut si aliqui voleti ieiunare: q̃ desideriũ comedẽdi haberet: lz volũtas resisteret desiderio: pcipe ea suspicioni cui obediẽdũ erat q̃ p obedientiã comederet: illa comestio maiori remuneratiõe digna esset q̃z ieiuniũ. sicp talẽ modũ p̃iunctio penitũ meoz fuit q̃n ego p̃cepta fui sine pctõ originali: q̃ sicut filius me9 z ego nũq̃z peccauimus. ita nullũ cõiugiũ fuit qđ honestiꝰ esset q̃z illud de quo ego p̃cepi. Et q̃n pater meus z mater p̃uenerũt mrimonialiter plus fecit hoc obedientia q̃z carnalis voluptas. q̃z alij cõiuges cõueniũt ex voluptate carnali: mei vo parẽtes cõuenerũt ex obedientia z p̃cepto dei. Sz scito q̃ mea p̃ceptio nõ oĩb9 fuit nota: q̃ placuit deo q̃ amici mei pie dubitarẽt de cõceptiõe mea vt q̃libet oĩderet zelũ suum donec veritas claresceret in tpe ordiato. hec ẽ go gliosa. Nõ quidẽ tpus ordinatũ ẽ nũc Alia q̃z reuelatiõz fecit de9 p beatũ Tho. de aquino nõ multis annis elapsis. Nã cũ dominꝰ Fantin9 epus patauij duos9 beate ẽginilegeret tertiã partẽ summe beati Tho. z mirarẽt q̃ determinasset ibi q̃ btã virgo p̃cepta fuit in originali pctõ: apparuit ei btus Thomas z dixit ei. Scias dñe episcope q̃ q̃n talem opinionẽ posui: solũ habui respectũ ad diuinũ statutũ quo btã virgo pctm originale p̃trahere debuerat: nisi p filiũ suum fuisset pseruata. lz dei filius matrẽ suam ab originali macula pseruauit. z his dictis disparuit. Ipse go eps quoad vixit cũ magna solẽnitate festum cõceptõis celebrauit: z in epatu suo celebrari p̃cepit. Et lz in ei9 vita hec ei9 visio nõ fuerit aliꝑ publicata: tñ post mortẽ suã frat̃ Nicola9 de padua nũc pfessus ordis minor tũc aũt ei9 vicarius z doctor: oĩa hec fideliss̃i me exposuit: asserẽs se a pnoiato dño episcopo hãc visionẽ nõ sine magna lachrymaꝝ effusione narrãte pp̃ijs auribꝰ audisse.

Pars secũda huius sermonis que dicitur opatiõis. s. miraculoz.

V Tinq̃t Scot9 in plogo p̃mi sententiaz̃ q. ij. miracula p̃cipue a deo facta sunt ad inducẽdũ hoies ad credẽdũ ea q̃ credere tenent̃: et ad quoz noticiã naturaliter p̃uenire nõ poterant. vt etiã dicit Aug. xxij. de ciui. dei. z in li. de vtilitate credẽdi. Ideo Grego. i quadã omelia sup Lu. de apl̃is p miracula credentib9 ait. Quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebãt capere verba mysterij: venit ad miraculũ. Ante eoz oculos ceci lumen recipit: vt q̃ celestis mysterij verba non caperẽt: eos ad fidẽ celestia facta solidarẽt. hec ille. His p̃suppositis pbat̃ btã ẽginem sine originali p̃cato fuisse p̃ceptã arguendo sic. Cũ vera miracula solũ fieri possint a deo vl̃ virtute dei: vt ostẽdit Aug9. in li. de vtilitate credendi: ppe finẽ. g̃ubicũq̃z fiunt miracula p aliqua re: vel ad pbationẽ alicui9 rei: certũ sumũ est q̃ illꝺ est verũ. q̃z de9 nõ pt esse testis falsitatis: vt demõstrat Scot9 vbi. s. Sz ad cõfirmationẽ innocẽtie ẽginalis multa chorruscauere miracula: z quotidie fiunt magna p̃digia. ergo credẽda est ipa intemerata dei mater sine originali pctõ cõcepta. Omissis aũt multis miraculis que refert Johes vitalis in suo defensorio p̃missis etiã brevitatis causa illis p̃digijs que ad indicandã z sue matris sanctitatẽ atq̃ puritatẽ saluator noster ostendit. De q̃bus in officio cõceptionis plenius dixi: solum quedã alia stupẽda p̃digia de q̃pluribꝰ ad p̃sens referre curabo. Possum ẽm nõ imerito dicere in hac mate-

Reuelatio sãcte birgitte.

Reuelatio facta p sanctũ thomã

ria illō Quid. i. q. de reme. amo. Quid moroz exēplis ꝙrū me turba fatigat. ¶ Preter-
Primū miracl'z. mittā ḡ miraculū illi⁹ lectoris ordis cuiusdā q̄ ℑ cōceptionē ꝟginis bndicte pdicādo ⁊ medio sermonis cecidit ⁊ mut⁹ effect⁹: vsum lingue quoad vixit ampli⁹ non habuit. ¶ Per-
Scdm trāsibo etiā miraculū qđ in Anglia accidit Alexādro nequā q̄ volēs p solēnē disputatōnē ꝓfanare festū cōceptōis brē ꝟginis: nocte p̄cedēte disputatiōz doloz⁹ magnis cozreptus ad cognōscēdā suā temeritatē ꝑmonē ꝺdidit. q̄ incipit Fiat lux. in q̄ suū retractauit er-
Tertiū roꝛē. ¶ Item miraculū illō qđ in Cracouia euenit in. cxxv. vbi quidā lector noīe Paulus cū pdicare ℑ ꝺceptiōz mīs dei incepisset nōdū finito ꝑmone cecidit ⁊ expirauit: vt testat magr Henric⁹ de hassia. quod miraculū etiā legit in cronica sūmoꝛ pōtificū ⁊ impaꝛ. ¶ Iē aliud stupēdū miraculū qđ in ala-
Quartū mania accidit in. cxliij. vbi dū quidā frater ordis cuiusdā ℑ ꝺceptiōz ꝟginis post p̄andiū pdicasset: ipꝛecās deū q̄ si vez non direꝛat: affirmādo dei genitricē i pcō oꝛigiali cōceptā: faceret illū eadē die mala moꝛte piꝛe. Finito ꝑmone ad dicēdas vesꝑas cum alijs fratribꝫ choꝛ itrauit: statimq̄ lupus quidā maxim⁹ affuit: q̄ itrās eccl'iam totū choꝛ tribus vicibꝫ circūgirauit oēs illos fratres horribilib⁹ ac terribilibꝫ oculis aspicēs: ⁊ post modū facto magno impetu illū pdicatoꝛē in-
Quintū uasit: ⁊ in p̄ncia oīm suffocauit ac interfecit: ⁊ eccl'iam exiēs nūq̄ ampli⁹ ꝓuit. ¶ Per-
Sextū trāsibo etiā miraculū illi⁹ pdicatoꝛis qui in castro baculi i ꝑmo ꝑmōe quē ℑ illibate ꝟginis ꝺceptiōz faciebat: latrare cepit. quapꝛopter imago eiusdē ꝟginis sup̄ foꝛes eccl'ie posita tota ad terrā cecidit ⁊ i puluerē redacta est. ob qđ ppl's pdicatoꝛē illū lapidare ⁊ conuētū destruere voluit: nisi brachio dñi castri illi⁹ fratres se defensassent. ¶ Dimittā insup̄ de illo pdicatoꝛe q̄ demoniacū inueniēs adiuꝛauit vt diceret an brā ꝟgo in oꝛiginali pcō fuerit ꝺcepta. cui demon rndit. ve illis q̄ temerarie h̄ affirmāt. solū quedā nō ml'tū antiq̄ miracula referā. Primū accidit i ciuita-
Septimū. te mārue: in qua cū quidā frater ordis cuiusdā ordinasset facere publicā disputatōz siue pdicationē p modū disputatiōis. in qua volebat ꝓbare q̄ beata ꝟgo cōcepta fuit in oꝛiginali pcō. ⁊ hoc i p̄ncia ppli ⁊ marchionis pdicte ciuitatis: iuitatiq̄ erāt plures doctissimi viri. ille in eminēti locū ascēdēs cū multis ex fratribꝫ suis: multz circū dat⁹ libꝛis: cū vellet arguere ℑ ꝟginis ꝺceptiōez ipa bn̄dicta ꝟgo mutauit ꝟba in oꝛe ei⁹. vñ dixit ad ppl'm. ppono vobis ista verā ꝺclusionē q̄ beatissima ꝟgo Maria ꝺcepta fuit sine oꝛiginali pcō. Cū aūt fratres sui cū redarguerēt dicētes q̄ male loq̄bat: ille rn̄dit. nūc emēdabo qđ dixi. Et cū vellet dicere ℑ ꝟginis conceptiōz: ipa bn̄dicta ꝟgo itez coegit eum vt ānūciaret innocētiā ei⁹: ⁊ diceret q̄ fratres minoꝛes sunt deuoti ipi⁹ brē ꝟginis. Et sic pluribꝫ vicibꝫ cū ille incitat⁹ a fratribꝫ suis vellet attēptare loq̄ ℑ ꝟginis ꝺceptōz: nūq̄ potuit aliꝺ dicere nisi q̄ bti̇ssima ꝟgo sine oꝛiginali pcō fuit ꝺcepta. ¶ In alia q̄z ciuitate italie Octauꝰ
nō multis ānis elapsis q̄dā magn⁹ ꝑdicatoꝛ. smḡr Johes de Viterbio imaculatā virginis cōceptiōz ipugnās ifirmat⁹ ē ad moꝛtē. cūq̄z iā nulla sibi eēt spes vite recoꝛdat⁹ est miraculi qđ accidit Alexādro de ales: q̄ secularis exīs cū nollet celebꝛare festū cōceptōis ꝟginis Marie: ⁊ ipam pcō maculatā affirmaret: graui infirmitate pcussus postea fctō voto ad beatā virginē de celebrāda ei⁹ conceptiōe liberat⁹ est. Eleuauit pdict⁹ frater mētē ad beatā ꝟginē: fecitq̄z votū dicēs. O beata ꝟgo maria si vez est q̄ sine pcō macula cōcepta fuistis: rogo mihi sanitatē donare digneminī in signum vestre puritatis: et ego voueo ⁊ pmitto toto tēpe vite mee celebꝛare festū ꝺceptōis ⁊ pdicare atq̄z annūciare ppl'is innocētiā vestrā: ⁊ retractare quicq̄d al's in cōtrariū pdicaui ℍ igit facto voto liber fact⁹ est. fecitq̄z ppl'm per campanē sonitū ꝙocari Admiratibꝫ igit cūctis de tā repentina sanatiōe incurabilis infirmitatz maxie medicis. Ille enarrato miracl'o pulcerrimū sermonē fecit de imaculata ꝟginis ꝺceptiōe affirmās ⁊ appꝛobās multz rōnibꝫ ipam ab oꝛiginali pcō fuisse ꝑseruatā: q̄propter a fribꝫ suis id moleste ferētibꝫ fuit icarcerat⁹: ⁊ a multz deuotis brē ꝟginis liberat⁹ nūq̄z opinionē suā de imaculata ꝟginis ꝺceptiōe voluit retractare: ⁊ sep⁹ a fratribꝫ suis ad hoc pagēdū fuerit diuersimode ꝺcitat⁹: nō solū pcibꝫ ⁊ etiā minis ⁊ ꝓsecutiōibꝫ. Immo pulcerrimū op⁹ edidit in quo inē alia ꝓut infrascꝑta: vtz q̄ ꝟginis ꝺcep⁹ fuit sacer: ⁊ ab anie oī macula ꝛmunis: ⁊ q̄ suma spūs h̄uani est infamia cōcipi in ira dei: caligine ⁊ tenebꝛa culpe in iniq̄tatibꝫ. Iē q̄ brī Thome ac veri ordis pdicatoꝛ est ꝓpe opinio ꝓ nullo istāti ꝛpis beatā ꝟginē subiacuisse ire dei ac caligine aie. Iē q̄ cū xp̄us maluerit hoies de suo ozu dubitare q̄z de matris sue sacrosctē fama: ℑ ei⁹ tamē volūtatē: ⁊ famā ꝟginis sunt ꝓtinaces q̄ ma

culatũ dicũt fuisse eĩ celestẽ cõceptũ. Nã cõcepta fuit ⁊ creata aĩa ꝑginis in maiori: puriori ac fulgidiori iusticia ꝙ aima ade ⁊ eue: cõceptaq; fuit sine pctõ originali ⁊ cũ rutila originalitq; iusticia. Itẽ q ordiaria facti reuelatio: sine pudicio antiq; vetoꝛ euertit eoꝛũ ꝓpas opiniões de hac re. ⁊ q̃lz nõ deroget illis sanctis si q̃dã ꝑter spm̃sctm̃ sc̃pserũt: deroget nr̃i etatis eoꝛ dicta sequentib. Itẽ q cũ machumeth dãnet ab eccl'ia: qz duplici via in laudes xpi igressus est: peioꝛe duplicitate laudãtes ⁊ vitupantes ꝑginis cõceptũ magꝭ sũt dãnãdi: ⁊ pcul a xpianis repellẽdi tãq; hereticos vocet apls vitãdos: q̃z sermo dulcis serpit ⁊ finit vt cancer in infamiã sanctoꝛ. Itẽ q vitãdi sunt vt heretici vl' suspecti de heresi q̃ ab initio laudãt ꝑginẽ vt trahant ꝓpl'm ad blasphemãdũ ei' sacrosctm̃ cceptũ. Itẽ q peccãt mortaliꝛ q̃ fauẽt quouis pacto in hac re falsa his ꝯtradictoꝛib ꝑginee puritati: ⁊ impugnãtib vsum ⁊ approbatiõz tacitã ⁊ expssã sctẽ ecclie sponse xpi quã nunq; pmiliti mimo errare. ⁊ sũt ũmici eius dẽ ecclie matris q; filij dei. hec ille. Que oia ipe publicep dicat vbiq; rudes oĩb' in cõtrariũ faciẽtib: marie in extrauagãti q̃ incipit. Graue nimis ⁊c. de q̃ oñdit se habuisse noticiã. Et nãq; ꝙba solũ itelligi dñt de illis q̃ nõ ex simplici opinatiõe: sz ex malivolẽtia: obstinatõe ⁊ ꝓtinacia: purissime cceptõi imaculate virginis aduersant. ⁊ eodẽ mõ est itelligẽdũ de eoꝛ fautoꝛib. ⁊ sic mõ exponi dñt ⁊ itelligi si q̃ in toto ꝙ ope sillia repiant. ¶ Predictus igit frater Johes de tãto bñficio accepto a dcata ꝑgine nõ ingratꝰ tãto maiori reuerẽtia ⁊ deuotõe cceptõz imaculate ꝑginis statuit venerari q̃to eã magꝭ ꝑmo studuerat impugnare. Tuncq; verificatũ est de btã ꝑgie illõ qõ lcptũ est Isa. lxviij. Veniẽt ad te q̃ derra bebãt tibi: ⁊ adorabũt vestigia pedũ tuoꝝ. Nonũ ¶ Aliud ꝙ pdigiũ accidit in vrbe aq̃lana i q̃ q̃dã deuotꝰ cceptiõis btẽ ꝑginis hñs ĩmicicia capitalẽ deliberauit inimicũ suũ interficere. Cũ autẽ ad pagendũ homicidiũ iret se beate ꝑgini recõmendauit: vt in hoc facto eũ defensaret ne aliq̃d mali illi eueniret: sz ad interficiendũ hostẽ suũ ipi adiutoꝛiũ ꝓberet. Beata autẽ ꝑgo volens deuotũ suũ a tanto malo retrahere: statim cũ ille pugionẽ suum de vagina ad occidendũ inimicũ extrahere voluit: eum totũ retoꝛqueri fecit cum ipa vagina modo mirabili ⁊ impossibili ꝓ naturã: vel per artẽ humanã: ita vt nullo modo vnq; extrahi poterit. Quo viso miraculo ille de petõ quod pagere statuerat pẽnit. Et sic miraculose retoꝛꝰ ille pugio vsq; hodiernũ pmanet die: sicut mihi retulit q̃dã frater noster: qui ipsum pugionẽ propꝛijs oculis conspexit. ¶ Prope ciuitatẽ etiam Mediolani a paucis annis citra aliud miraculũ euenit Decimũ Cum em̃ quidã nobilis beataq; virginẽ sine originali peccato conceptã affirmaret: frater quidã ordinis cuiusdã illius opinionẽ valde pertinaciter impugnabat. Quapꝛopter ille nobilis virginis deuotus indignatus q ille frater cõtra puritatẽ matris dei obloquet: dixit ei. Rogo deũ vt faciat iudiciũ inter me ⁊ vos. Mirabile dictu: cum iste nobilis per multos menses febrem ethicã passus eẽt que continue eum valde affligebat. Statiq; hoc dicto perfecte liberatus est. Ipsum vero virginee puritatis aduersarium febris iuasit. que eum per multos menses afflixit. Et hoc mihi narrauit nobilis ꝓdictus: qui appellat dominꝰ Franciscus de Lozijs. ¶ Retulit quoq; mihi quidã religiosus q in quadam terra italie dũ inter duos predicatoꝛes esset contẽtio de conceptione virginis. quoꝝ vnus asserebat illã fuisse peccato maculatã: alter vero ordinis minoꝝ affirmabat ipsam im maculatã et incontaminatã. Tandem etiã inter mulieres exoꝛta est altercatio cum autẽ quedã mantellata habitu ordinis illius fratris impugnãtis cõceptionẽ Matris dei pertinaciter tenere vellet cõtra virginis conceptiõnẽ: vna deuota mulier tercij ordinis beati Francisci dixit ei. Accendatur ignis magnus: ⁊ ambe introeamus in illo: et que ex nobis cõbusta fuerit falsẽ opinionis fuisse cõprobet. Cũ ergo sermo iste alteri placuisset: vtq; ignẽ ingresse sunt. illa aũt mãtellata statim cremata est: ipa tercij ordis nr̃i mlier ei ꝓdicto igne illesa remanẽte. In alamania etiã a trib' annis citra quidã frater Undecimum noster noie Thomas de boemia cũ ita desiderata ⁊ vigoꝛe destitutã hẽret tibiã cuꝝ crure: q nullã habebat spem salutis: imo ꝓsilij erat medicoꝝ vt eã abscidi faceret a coꝛpe: ipe orare cepit beatã ꝑginẽ vt ei sanitatẽ restitueret ad laudẽ sue imaculate cõceptiõis. ad cuius honoꝛẽ celebrauit vnã missam stans super altero pede: ⁊ apodiat' sicut poterat ad altare. Iz cũ maximo cruciatu. finita ꝙ missa: perfecte sanat' ẽ. ⁊ de illa ãtiq; ⁊ icurabili infirmitate liberat'. ⁊ pdib' suis cepit ãbulare incolumis q̃ antea sine alterius adiutoꝛio ire nõ poterat. ad romanã ciuitatẽ pedester ꝓfectus est. ⁊ mihi ꝙ mane retulit miraculũ istũ

k Decimū tercium. ¶Aliud stupendū accidit hoc anno in ducatu ferrarie. nam cū ibi essz quidā homo idiota dæmoniū hñs: illustrissim⁹ dux ferrarie ipsum dæmonē adiurari fecit. interrogauit de multis q̄stionibz: z iter alias de cōceptōe bte ꝑginis. Cui dæmō mediāte lingua illi⁹ illitterati ita eloquēter rñdit latino ſmone vt alter nullus videret. z dixit q̄ est tenēdū ipam beatissimā ꝑginē fuisse a deo ꝑseruatā. z interrogat⁹ de rōne allegauit ad litterā rōes q̄s adducē Scotus ad ꝓbandū ipam dei genitricē fuisse ꝓseruatā. hoc igit videt miraculū maximū q̄ etiā dæmōes nō pñt nec audēt imaculatū purissime ꝑginis virtutē cōceptū. Ez forte aliq̄s adūsari⁹ imaculate ꝓceptiōis dicet q̄ nō est credendū diabolo: q̄ nunq̄z dicit veꝛ Cui ego rñdeo. Ergo ſm te etiā tūc dixit falsum q̄n ait Mar. j. z Luc. iij. q̄ xp̄us erat sctūs dei. z q̄n vt habet Marc. v. appellauit eū iesum filiū dei altissimi. Iz ḡ diabol⁹ sit mēdax de se: vt habet Joh. viij. c. tñ q̄n adiurat cogit p ſtutē dei dicere veritatē. que tūc magis credēda est q̄n ab eo ℨ volūtatē suā ē extorta. Pretermitto p nūc mlta alia q̄si īnūera miracula que q̄tidie deus facit ad inuocationē z ob reuerētiā cōceptōis gl̄iose ꝑginis q̄z nimis longū esset illa recensere. Pro opinione ℨo opposita nullū adhuc miraculū reperit factū. q̄ si q̄s mentiēdo z ꝓteruiēdo diceret q̄ de ꝓceptiōe nulla facta sunt mirac'a: z q̄ supꝝ narratz nullā adhibet fidē: illi rñdebo illud Aug. xxij. de ciui. dei. c. v. vbi ℨ illos q̄ i fide catholica negāt facta eē miracula: inquit. Si ista miracula facta esse nō credūt: hoc nob grande miraculū sufficit q̄ tot⁹ terraz orbis sine miraculis credidit. hec ille. H igit habeat p maxio miracō q̄ trariū tenētes z ostētatōe scie itumescētes: ſp in circulis disputatiōibz z gymnasijs florētissimis tam italie q̄z germanie z gallie: z p alias mundi partes tantā confusionē patiunt z semp succumbunt.

Pars tertia huius sermonis que dr fructificatiōis.

l p Osset fortasse aliq̄s dicere. Scire vellē q̄d vtilitatis ꝓueniat mri dei vel nobis: q̄ ipsa concepta sit absq̄z originali pcō. iam enī sūt ꝛba q̄ null⁹ sequit effectus. l. fi. C. de dona. z lex nō curat de his q̄ sunt sine vtilitate. H. cui q̄z hoc ibi mihil inutile: in phemio instituto num. Cui satisfacere volēs dico q̄ ipa virgo hñdicta ex hac ꝓseruatiōe a pcō maiorē cō secuta est gl̄iam. Ut enī inq̄t Sco. i. iij. di. xij. ar. iij. q. j. Singularis ornat⁹ z gl̄ia est aliab⁹ brōz p innocētia a macula a pcō. Ite maiorz excellentie fuit q̄ brissima dei sponsa ꝛgo maria nūq̄z a castissimis ap̄lexibz sponsi celestz sit exclusa q̄z q̄ post exclusionē p peccatū factā iterz ad ei⁹ amorē p reconciliationē fuerit admissa. gl̄iosius q̄z fuit ipam nūq̄z aliq̄ culpa inq̄natā fuisse q̄s si fuisset post octaz maculā emū data. ¶Inter alias aūt vtilitates tres maxie ppt hāc ꝑseruatiōz recepit. p ma q̄ nō subiacuit illi legi quā oīb⁹ mulieribus peccatricīb⁹ dederat dñs Ben. iij. dicēs ꝑme femie. In dolore paries filios z subviri potestate eris z ipe dñabit tui. Beata enī ꝛgo ab oi macula pcī ꝑseruata: sine vllo dolore: imo cū idicibili ꝛsolatiōe z iocunditate sctissimū filiū suū ꝑturiuit. Nō etiā fuit subviri ptāte vel dñio: q̄ ioseph dat⁹ est ei ꝑsponsus nō ad dñiuz sed ad obsequiū. Secūda vtilitas est: q̄ ipa brissima ꝛgo ab oīni pcō aliena nō subiacuit illi decreto diuino: quod peccatorib⁹ dedit de⁹ Ben. iij. dicēs. Limus es z in cinerē reuerteris. Ipa em̄ nō fuit inc̄inerata nec a ſmib⁹ corrosa. Tertia vtilitas est: q̄z ꝓpter innocētiā suā beata virgo auda cius potest p nobis deū iterpellare: z ipsum p pcōrib⁹ exorare: z efficaci⁹ omnē petitiōz suam valet impetrare. Et hoc est q̄d dr in officio cōceptiōis. Jubilem⁹ oēs z exultemus ꝓpter imaculatā dñe nostre cōceptionē. valde etem̄ nobis ꝑfuit beatissimā virginē non fuisse ꝑ originale pctm̄ diuine maiestatis inimicā. que em̄ nullo vnq̄z tēpore deū offendit: sed semp in ei⁹ gratia z dilectiōe ꝑmansit: apud ipm cōfidēter⁹ intercedēs eius benignitatē z misericordiā p nobis facil⁹ impetrabit. ¶Magister aūt Bartho. pisan⁹ in li. beate ꝑginis fructu. vij. inq̄t. Ex hac sacra opinione possunt multa ad laudē ipius ꝑginis inferri. Primū quia hec cōceptio omnibus ex cōcubitu natis fuit singularis: q̄ quod alij cōtrahūt ipa non cōtraxit. Et lex generalis singularē in ipa accepit exceptiōz. Secūdū quia deus legē nouā instituit: gratiam dando quā nulli dederat in conceptōe ante illā. Tertiū predominatio rationis ad carnem. Quartum: quia in ea est suppressa inclinatio ad malū et concessa facilitas cum potestate ad bonum. Quintum quia virgo Maria sic deo accepta fuit tūc q̄ nunq̄z odita: z sic semp grata fuit: quia stati vt fuit gratiā habuit. Sextū amotio fomitis. Septimū sanctificatio spūsctī: q̄z ei⁹ gratia affuit nō q̄z pctm̄ remouere. Octauū q̄z vsum ra

Scōus

Tertius

Quartus

Quintus

Alij sex causas.

Primus fructus.

tionis in sua ꝛceptiõe habuit. Nã si Johes baptista illuꝛ habuit in vtero mris sm Ambro. & Aug. ergo & ꝑgo in cõceptiõe. Nonũ ab instãti & si nõ in instãti sue ꝛceptiõis mereri incepit: extq̃ vsus rõis in illa fuit: & gra et alia reflita. Decimũ qz ipa ꝑgo fuit deo consecrata. Undecimũ qz ab oi pcto fuit im munis. Duodecimũ qz pcũctis fuit deo accepta quo sequit ipam ꝑuosis opib⁹ mancipataz fuisse angelox custodia custoditã. Hec ille. Possum⁹ q̃z addere q si btã ꝑgo nõ habuisset hanc gratiã pseruatõis ab originali actuali pcto resistere nõ potuisset. sz ideo ꝛtra illõ potẽtiã habuit: qz ab originali pseruata fuit Et hec phanc auctẽ Aug. ꝛ Julianũ hereticũ dicen. Profecto si xps minox exis originale pctm̃ habuisset: grandiorz etatz exis actuali nõ caruisset. sane qz maiox exis actuale nõ habuit: minox exis originale non hẽbit. hec ille. Magnificem⁹ g̃ imaculatã dñam nr̃az & illi hãc excellẽtissimã & vtilissimã progatiuã tribuam⁹: vt ipa itercedẽte ad cõtẽplãdã ei⁹ gl'iam & puritatẽ in regno celoꝝ puenire valeam⁹. Ipa est em̃ illa mulier de q̃ Salomon puer. vlti. ánũt. Oẽs amici ei⁹ vestiti sẽ duplicib⁹. s. vestimẽto gre diuie in b̃ mũdo: & glie in altero. Ad quã infinitã gl'iam meritis eiusdẽ intemerate matrz sue nos pducat dñs ihesus q̃ cũ patre & spũsancto sine fine vivit & regnat. Amẽ.

De eadẽ mũ dilcta virginis cõceptiõe Sermo. viij.

Sicut sol oriens mũdo in altissimis dei & lucerna splendẽs sup cãde labz sanctũ: & fundamenta eterna sup̃ petrã solidã: Eccl. xxvj. Volens deuotoꝝ gl'iose ꝑginis pie mozẽ gerere volũtati: q̃ sicut eiusdẽ illibate ꝛceptiõis officiuz octo diebus celebrãt sm mozẽ sancte romane ecclie. Ita in ipa octaua quotidianũ gestiunt de eius puritate atq̃ innocentia audire sermonẽ: possum nõ imerito cũ beato Hieronymo illis dicere illud qõ ip̃e barbatus scribit ad Paulã & Eustochiũ scribit in sermone de assumptiõe ꝑginis dicẽs. Timeo satis & valde primesco dũ vestris cupio parere pfectib⁹: ne forte sicut improbo ita & indignus laudatoꝛ iueniar: pfecto cũ nec sanctitas nec facundia suppetat: vt beatã & gl'iosam virginem digne laudare queã: quia diuis & ãgelicis est excellẽti⁹ pdicata & laudata pconijs. a pphetis quidẽ pnũciata: a patriarchis. figuris & enigmatib⁹ pfigurata: ab euãgelist̃ exhibit̃ & demonstrata: ab angelo venerabiliter atq̃ officiosissime salutata. Preterea q̃lis & quãta esset ab eodẽ diuinit⁹ declarat̃: cũ ait Ave gratia plena dñs tecuz benedicta tu in mulieribꝫ. Talib⁹ nanq̃ decebat ꝑginẽ oppignerari muneribꝫ vt ect gra plena q̃ dedit celis gl'iam: terris dẽ pacẽq̃ refudit: fidẽ gentib⁹: finẽ vicij: vite ordinẽ: & mozib⁹ discipli nam. hec ille. Cuius ꝑginis innocẽtiã spiritusctõ illustrat⁹ sapiens Eccl'iastic⁹ loq̃ns de muliere sancta ꝑ quã intelligit̃ sanctissima virgo maria: dixit verba thematis nostri. s. Sicut sol oriẽs mũdo in altissimis dei. s. fuit ipa virgo gl'iosa in suo ortu. qz sicut sol creatus est plenus lumie & sine vlla tenebza: ita mater dei in ꝛceptiõe sua ꝑcreata ẽ fulgida lumine diuie gre: & nũq̃ obscurata fuit vlla peccati tenebza. Dicit̃ aũt orta in altissimis dei sz ꝓuilegijs q̃b⁹ sup oẽm creaturã fuit deco rata. Subdit̃ q̃z i pcto themate: & sicut lux cerna splendẽs sup candelabzũ sanctũ. Ipa em̃ ꝑgo sup candelabzũ sanctũ original'iusticie posita: totũ mundũ inocẽtie sue radijs illustrauit. eius q̃z fundamẽta fuisse dicunt eterna. quia cõceptio ipi⁹ imaculata ab eterno fuit in mẽte diuina ꝓordinata: & supza petrã solidã cõstituta. Per petram aũt in sacra scẽptura: vt din⁹ inquit Hieronym⁹ i quadã epl'a: intelligit̃ xp̃us. Sup hãc ergo solidã & imobilẽ petram. s. filialẽ pseruationẽ collocata sunt beate virginis fundamẽta. Et ido ipsa virgo dicere poterat in cõceptiõe sua illud Ps. xxvj. In petra exaltauit me: & nũc exaltauit caput meuz super inimicos meos. Quibus cõsideratis non possum nõ mirari de quozũdam duricia: ne dicam malicia. qui in die conceptionis & pcreatõnis istius solis diuini nõ modo nõ celebrãt deputatũ per ecclesiam romanã officiuz: quinimo cantant missam mortuorũ: quasi ipsa virgo benedicta sit inter mortuos per peccatũ computanda. Ideo gloziosa genitrix dei de tali iuria potest cõqueri dicẽs illud Tren. iij. i tenebzosis collocauit me: quasi mortuos sempiternos. Nos tamẽ vidẽtes q̃ tales ꝑginis impugnatoꝛes nihil ꝓficiunt: dicere possumus cum cantoꝛe spiritussancti illud Ps. ij. Quare fremuerũt gentes & populi meditati sunt inania. Ipa ꝑo virgo purissima allo quens deum ꝓseruatoꝛẽ suũ inquit illud Ps. iij. dicens. Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me: multi insurgũt aduer

sum me. Multi dicũt aie mee: nõ est sal⁹ ipi in deo ei⁹. Tu aũt dñe susceptor meus es: gl'ia mea & exaltãs caput meũ. De cui⁹ ꝑfinis ex altata ꝓceptiõe tres ꝓsideratiões faciem⁹.

Prima dicet ꝓrectiõis.

Scda assertiõis.

Tertia ꝙo & vltima appellabit declaratiõis.

Pars prima huius sermõis que dicitur protectionis.

Ebeata ꝙgine maria falso de pctõ ifamata & calũniata: & de ei⁹ inocẽtiã ipugnãtibꝫ ac eã originali vicio cõtamiatã ꝓdicãtibꝫ: dici pñt illa ꝙba q̃ Ouidi⁹ i. iij. de fastis de Claudia ꝙgine: que cibeles nauẽ ꝑ tyberim fune trahit in sue innocentie defensionẽ: & turbe male opinãtẽ de ea detestatiõe cecinit dicẽs. Claudia ãnta gen⁹ clauso referebat ab alto. Nec facies impar nobilitate fuit. Casta quidẽ fz nõ est credita: rumor iniquus leserat: & falsi crimínis acta rea est. Cõscia mens recti fame mẽdacia ridet. Sed nos in viciũ credula turba sum⁹. Ipa em̃ virgo sanctissima de qua ingt beatus Bona. in. iij. di. iij. q. nũq̃ habuit remorsum alicui⁹ pcti: nec cor ei⁹ reprehendit eã de aliquo crimine in tota vita sua vt ipa cuidã suo tempore fuelauit: nõ curat de falsis calũnijs aduersarioꝝ eã vituperantiũ. s. q̃ ad se: inq̃tũ sibi nocere nõ ꝑt. Immo deridet turbe cuiusdã credulitatẽ: & quorũdã ꝑtinaciã q̃ illã originali macula deturpatã demõstrare cupiẽtes: ei⁹ famã nõ solũ reprobis sermonibꝫ sz etiã famosis libellis dilacerare nõ cessant. Nos tñ ꝺ illoꝝ insultꝰ defensiõis tela opponẽtes: sz frustra quis nitit solẽ sacculis adiuuare. c. si oia. xvj. q. j. nec oporteat aq̃s marinis fluctibꝫ cõmodare. aliter derisorie dici posset illud Ouidꝺ. in li. fine ti. In flamã flamas: in mare fundis aq̃s. Licz q̃z rei sat⁹ demonstrate frustra adijciat. l. ij. ff. de libr. lega. & i rebꝫ clar⁹ nõ sit op⁹ cõsecturis. l. cõtinu⁹. §. cũ ita q̃s. ff. de ꝙ. ob. & notoriũ nõ indigeat ꝓbatiõe. l. si fideiusso⁹. §. q̃. ꝑ rei q̃litate. vbi glo. & Bartho. ff. q̃ latis. cogan. & c. sup eo. extra ꝺ testi. cogẽ. imo etiã manifestũ qꝺ ẽ min⁹ nõ egeat ꝓbatiõe: sm̃ glo. in auth. de testi. col. iij. vñ Quintilian⁹ li. v. de oratoria institutiõe ait. In rebꝫ apt⁹ tã stultũ fit argumẽtari q̃z in clarissimũ solẽ mortale lumẽ afferre. q̃ em̃ rei alteri⁹ illustrã de gra assumitur clar⁹ esse ꝺz eo qꝺ illuminat. tñ qz etiã notoria declarant & venustant allegatiõe. l. si adulteriũ. ꝙsi. idẽ pollioni. ff. ad. l. iul. de adul. Et per Panor. in. c. litter⁹. de ꝓsump. ¶ Itẽ

Quidi⁹ in fastis

¶Sexto addit. in domũ Zacharie. vt nos instrueret nõ debere sequi cogitatões vanas: lz semp memores esse mãdatoꝝ dei ad faciẽdũ ea: iuxta illud Nume. xv. Memores precepto dñi faciũt ea. Zacharias em mẽoz dñi interpat. Intrauit etiã in domũ Zacharie vt fuiret elizabeth: mr regis mri militis. In quo dedit nobis exemplũ humiliatis vt seruemus illud Matth. xx. Quicũq; voluerit iter vos maior fieri erit vester seruꝰ. Qđ faciebat paulꝰ. q̃ dicebat. j. ad Thoĩ. ix. Cũ liber essem ex oibus: oĩum me feci seruũ vt plures lucrifacerẽ. Docuit psectissime adimplere magr humiliatis dñs noster ihesus xpus qui de seipo inqt Matth. xx. Nõ veni mihi strari lz mistrare. ꝛ Luce. xxij. dicebat aplis Ego aut in medio vestrũ sum tãq; qui ministrat. Ob quã cãm papa vocat se seruũ fuorum dei: vt patz i phemio decretalũ: sexti ꝛ clemẽtinaꝝ. ꝛ sil'r imperator eodẽ respectu appellat se fuũ: vt l. j. .s. circa pn. C. de p. pto. affri. Item intrauit in domũ Zacharie senis ꝛ muti: vt oñderet q fortiores debent ire ad domos infirmoꝝ: ꝛ sani frẽs vt infirmis ministrẽt: fugdo cõsiliũ Eccl. vij. diceñ. Nõ te pigeat visitare infirmũ. ex hoc em in dilectiõe firmaberis. ¶Septimo additur. .s. salutauit elizabeth. vt nos instrueret i solo deo sciitatẽ nri desiderij ꝛ spem nram collocare: vt possimus dicere cũ ꝓpha illud ps. lxij. Deꝰ cordis nostri ꝛ pars nostra deꝰ in eternũ. Elizabeth nanq; dei nostri sanctitas interpat. Itẽ salutauit Elizabeth vt nos instrueret bonũ

Nõ sequi cogitationes vanas

ppositũ ꝛ gratiã pconceptã primis cõlocare. sicut ipa fecit elizabeth ꝛ puero eiꝰ. Item salutauit elizabeth pregnantẽ: vt nos instrueret debere ꝓgaudere de bono ppositio ab altero cepto. Quia scriptũ est Eccl. xliij. Erubesce a salutãtibꝰ de silẽtia. Ue g̃ illis q̃ pregnãtes spũaliter faciunt aboztiri: ꝛ prauis consilijs suffocãt partũ in vtero. Scptũ em Amos j. Sup tribꝰ sceleribꝰ filioꝝ Amon ꝛ sup q̃ tuoz nõ cõuertã cũ: eo q dissecuerũt pregnãtes Galaad. Itẽ beata virgo intrauit domũ ꝛ salutauit elizabeth int̃ in domo vt ostẽderet q illi q̃ extravagant' indigni sunt eiꝰ salutatiõe. Qz inqt dñs Matth. x. Neminẽ in via salutaueritis. Et Amos. v. dz. In cunctis que foris sunt dicit ve. Ambitiosi nãq; amãt salutatiões foẽles. .s. salutari i foro: vt inqt dñs Mat. xxij. Esau aũt q foris erat amisit benedictionẽ paternã primogeniture Beñ. xx. Ebryꝰ autẽ sup Matth. inquit q ideo visitauit elizabeth vt archanũ dei incarnatiõis mysteriũ quod ppalare nolebat ipi elizabeth cognate sue sancte aperiret: ꝛ simul cũ ea de acceptis a deo bñficijs gras illi referret. Alijs ꝓo nõ mãifestauit rõe quã Ebryꝰ. vbi. .s. assignat dicẽs. Celabat q̃ supza dicta sunt in se ꝓgo: nec cuiq; hoĩm pdit. Nõ em credebat ab alijs posse fidẽ adhiberi miranda relatibꝰ: imo magis putabat se pati puicia si diceret. q̃ volẽs scelus ppriũ palliare. Grecꝰ ꝓo expositoꝝ sup Lu. ait. Ad solẽ aũt refugit elizabeth. sic em ꝓsueuerat ppter cognationẽ ꝛ ppr̃ certã hmõi ꝓuctõz. ¶Octauo addit q mansit in domo Zacharie q̃si tribus mẽsibꝰ: vt. .s. nos instrueret pseuerare in bonis opibꝰ ꝛ fugere hoĩm cõuersatiões. q debet euitari maxie a ꝓgibꝰ ꝛ alijs iuuẽcul' mulieribꝰ. Ait ei Piero. i suo trãsitu. Ego puto q si cũ virz fẽe hitauerit viscariũ diaboli nõ derit. ¶Vas aũt rões tãgẽs Amb. i omel. oc currẽtz dici inqt. Discite ꝛ vos scẽ mlieres sedulitatẽ quã pgnãtibꝰ debetis exhibere cognatz. Maria q aĩ sola in itimis penetralibus ꝓlabat. nõ a publico ꝓgitatz pudoꝝ: nõ a studio aspitas mõtiũ: ñ ab officio plixitas itinerz retardauit. In mõtana ꝓgo cũ festinatiõe: ꝓgo officij memoꝝ: iniurie imemoꝝ: affectu vigẽte ñ sexu relicta prexit domo. Discite sacre ꝓgies ñ circucursare p alienas edes: nõ demozari i plateis: ñ alijs i publico miscere sermões Maria i domo iera festinat i publico mansit apud cognatã suã ꝛ tribus mensibꝰ. Etem q̃ ppr̃ officiũ venerat ibẽrebat officio Mansit autẽ tribꝰ mensibꝰ: nõ q domus eã

delectaret aliena. ſz qz frequēti⁹ videri in publico diſplicebat. hec ille. Myſtice aūt p mariā (q̄ ſtella marꝛ iterp̄tat⁹) figurat plat⁹. q̄ dz cū ſbditꝛ manere tribꝰ menſibꝰ. ſ. documētis ibuēdo: exēplis ꝛforrando ⁊ tpalibꝰ fouēdo. Unde petro dictū fuit a dño Joh. vlt. ter. Pasce oues meas. Postea ꝛo dz reuerti ī domū ſuā: ne ꝓp aliena negocia negligat ſua: iuxꝝ illud Ben. xxx. Juſtū eſt vt aliq̄n ꝓuideam domui mee.

¶ Pars tertia huiꝰ ſermonis que dicitur ſpūalis aſcenſiōis.

2. Exurge/re dz q̄s triplicit.

Nſacra ſcriptura dz q̄s exurgere triplicit. Aliq̄n a ſomno culpe: vt dictū eſt ī pte pcedēti. vñ dicebat ap̄ls ad Ro. xiij. Hora eſt iā nos de ſomno ſurgere. In pcctaꝝ em̄ pmanēs dz dormire. qz ſicut in ſomno dormiēs nil meritorij opis agit: qz vſus liberi arbitrij eſt ligatus. ita pctōr in tali ſtatu ſz op⁹ agat de genere bonoꝝ: nihil merebit q̄ ad vitā eternā ꝓfequēdā. Et ſicut dormiēti in ſomnis videt ſibi aliq̄n hōe mltas diuitias ⁊ delicias ⁊ i eis gaudere: ſz euigilās ſe illis vacuū videt ⁊ q̄ſi illuſum vnde triſtat. ita pctōr videt q̄ iſta bona mūdi teneat ⁊ poſſideat: ⁊ dū ſperat ſe in eis pmanere ī morte q̄ſi euigilat: ⁊ tūc cernit illa bona fallacia fuiſſe ⁊ tranſitoria ⁊ eis carere: ſeu illa dimittere p mortē. ſicꝝ afflictꝰ ⁊ multū dolet. vñ Ps. iiij. Dormierūt ſomnū ſuū ⁊ nihil ſuenerūt oēs viri diuitiaꝝ in manibus ſuis. Aliq̄n aūt dz exurgere penitēs ī ſpe veniē. Q̄n em̄ q̄s de pctis ſuis pniaꝝ agit dz ſedere p humiliatōꝛ ſui. Nā ⁊ de morte loq̄ndi eſt: vt cū q̄s hūiliat dicat⁹ poſit⁹ ad ſedēdū Unū xp̄us p ps. cxxviij. humiliationē ſue paſſionis vocat ſeſſionē. dū patri ait. Tu cognouiſti ſeſſionē meā. i. approbaſti: ⁊ gratā habuiſti humiliatiōez meā. Tali igit̄ humiliato ⁊ ſedenti in pnīa dz. Ut exurgat. ſ. ſperando veniā pctōꝝ: ⁊ adiutoriū gre ad bene opandū. Nam vt ait Amb. de pnīa diſt. ſ. c. nemo. Nemo pōt digne agere pniaꝝ niſi q̄ ſperauerit veniā. Un ipis penitentib⁹ dz propheta ps. cxxv. Surgite poſtq̄ ſederitis q̄ māducatis panē doloꝛis. i. vos q̄ paſcimi doloꝛe ⁊ lachrymis contritiōis: poſtq̄ ſederitꝭ: id eſt humiliaueritis vos: ſurgite ad ſpem venie. ¶ Aliq̄n ꝛo dz quis ſurgere ad profectū gratie: eleuando ſe ad cōtemplandū celeſtia ⁊ ad illa feſtinādo. Et iſto modo loquit̄ ſpiritusſanct⁹ anime a deo dilecte Can. ij. c. dicens. Surge propera amica mea: columba mea: formoſa mea ⁊ veni. ſ. ad contēplatiōez ſupnoꝝ ⁊ pfectionē ſtutuꝝ. Jam em̄ hyems ſcz peccatoꝝ tranſiit: imber. ſ. paſſionū abiit ⁊ receſſit: flores. ſ. ſanctoꝝ deſiderioꝝ apparuerūt in terra noſtra. i. in anima ſancta. Et iſto tertio modo ſurrexit benedicta ꝑgo cum dicit. Exurgens maria abiit in montana cū feſtinatiōe. Unde dicere poſſumus q̄ abiit primo in mōtana diuinoꝝ. ſ. ſanctiſſime trinitatis. Nam tota trinitas in ea ſuas excellētiſſimas ꝓprietates poſuit. Secūdo abiit in montana angeloꝝ. Omes em̄ eoꝝ dignitates ⁊ omnia eoꝝ miniſteria ipa vna ⁊ ſola in ſe cōprehēdit. Tertio abiit in mōtana celoꝝ. quia recte ipa dicit celum ꝓpter ſui amplitudinē. Habuit em̄ amplū affectū ad diligendū: amplū vterū ad deū concipiēdum amplū intellectū ad cognoſcendū: ⁊ amplū ſinū ad cōpatiēdū. Quarto abiit ī mōtana patriarchaꝝ. Omes nāq̄ gras ⁊ excellētias quas habuerūt patriarche quib⁹ deo fuerūt accepti: multo excellenti⁹ habuit beata ꝑgo Quinto abiit in mōtana ꝓpheratū. Ipſi em̄ quādoq̄ ꝓpherabāt de ꝓterito: quādoq̄ de futuro ⁊ q̄nq̄ de p̄nti occulto. Beata aūt virgo oīnib⁹ his modis excellētiſſime ꝓphetauit. Serto abiit in mōtana feminarum. Oēs em̄ bñdictiōes quas habuerūt dñe veteris teſtamēti ſp̄aſim ⁊ ſingulatim: hec vna ꝑgo ſimul cōplexa eſt. Septimo abiit ī mōtana creaturarū. ſ. recipiēs in ſe oīm pfectiones eaꝝ. Que oia (qz patēt ex dictis ī aliis ſermonib⁹) breuitatiſ cā ꝓtāſeo ad piis. ſolū intendēs hic declarare quō ipa gloriosa virgo aſcēdit in mōtana vere humilitatiſ: fraterne charitatis ⁊ cōtēplatiue locūditatis. Quātū ad primū. ſ. de vera humilitate pōt exponi illud Ben. xix. In monte ſaluū te fac. nā vt ait Gracian⁹ in. ℌ. taciturnitas. de pe. di. j. Sine hūilitate nemini poteſt eſſe ſal⁹. Dicitur aūt humilitas ⁊ vallis ⁊ mōs diuerſis reſpectib⁹. Nā vallis dz que eſt in imo. Per humilitatē aūt habet vera cognitio ꝓprie vilitatis. Eſt em̄ humilitas (vt ait Bern.) virtus qua homo veriſſima ſui ꝓſp⁹ cognitione ſibi vileſcit. Et ſm hoc exponit illud ps. q̄ ait deo. Emittis fontes. ſ. graꝝ in cōuallib⁹. i. in mētib⁹ humiliū. Mons ꝛo dz hūilitas in q̄tū p eā eleuat mēs ad cognitiōz dei ⁊ aliaꝝ ꝛerū: ⁊ demū exaltat in celū. qz qui ſe humiliat exaltabit Mar. xiij. Et ſm hoc Anſe. in li. de ſil'itudinib⁹ aſſimilat eā mōti ad q̄ aſcēdit ſeptem gradib⁹. Exurgēs igit̄ maria aſcēdit hūc montē vere hūilitatis: ⁊ viſitauit elizabeth ſe hūiliando inferiorī: ꝑgens regi/

Multi/plr abiit maria in mōtana

Humilitas dicit mons ⁊ vallis

nalē vasallā: dña ad ancillā: mater dñi ad matrē seruuli. Qđ intelligēs Elizabeth visitata a spūsctō edocta: exclamauit voce magna. Qđ exponēs Bern. ait. Nō tā clamorosā q̄z deuota. Deuotō em̄ clamor est. Nam Exo xiij. moyses. ⁊ Dan. xiij. Susāna. ⁊. j. Regū. j. Anna: sine voce clamauerūt. vnde nō clamor sed amor clamat in aures dei. Exclamauit aūt. i. ex pleno clamauit. Repleta em̄ spūsancto Elizabeth tacere non potuit. Nam ex abundātia cordis os loquit̄ Matthei. xij. Dixit āt. Un̄. i. qua iusticia vel q̄b⁹ meis facꝛ vl' meritis accidit h̄ mihi sterilis seni ac maledicte vt veniat mr̄ dñi mei virgo fecunda iuuenis ac bñdicta ad me: ⁊ nō ego ad illā dñam ⁊ reginaz meā. Et ita exponit beatus Amb. in qdā omel'. ¶ Scđo bta ꝑgo ascēdit in mōtana fraterne charitatis. Charitas em̄ dr̄ mōs ille de q̄ inq̄t ꝓpha ps. xlvij Mōs ꝛi mōs pinguis: mōs i q̄ bñplacitū ē deo habitare i eo. Deꝰ nāq̄z charitas ē. j. Jo. iij. ⁊ trāssumptiue in. c. abijt. xj. q. ij. Per istū igit̄ mōtē ascēdit beatissima ꝑgo vt salutaret elizabeth: quo eā ꝓsolaret̄ de donis a deo receptis: ⁊ illā a verecūdie pena liberaret. Ut em̄ dr̄ Lu. j. Erubescat elizabeth se grauidā repiri in senectute: ⁊ carnalibꝫ actibꝫ operā dedisse: ⁊ iō occultabat se. sed ꝓfortata ex verbis beate ꝑginis que prius verecundabat̄ se esse grauidam. postea in dño gloriabat̄ se ꝓphetā ⁊ plꝰ q̄z pphetā ꝓcepisse: vt inq̄t Ambrosi⁹ vbi. s. Ascēdit ergo regia celi sup istū montē charitatis vt sua sanctissima salutatione spūsancto repleri faceret beatū Johānē ⁊ matrē eiꝰ. vñ dr̄ in euāgelio hodierno. Et factū est vt audiuit salutatiōez marie elizabeth: exultauit infans in vtero eiꝰ. Et sic spiritusc̄m recepit ꝑtute ꝑbi ꝑginei. ⁊ ꝓ ipsum spūsc̄m baptizatꝰ est: ⁊ ab origiali pctō mūdatꝰ est: vt inquit Petrꝰ damianꝰ in quodā sermone. Quā repletionē spūssancti sentiens beatꝰ Johes filiū dei venire ad se: ꝑ re gaudio i matris vtero tripudiauit ⁊ motu salutauit quē voce nō potuit. Exultauit em̄ q̄si gestiēs salutare dñm̄ suū ⁊ matrē eiꝰ: eis q̄z assurgere Jdeo Lhyr. sup Lu. ait. Jdeo xps fecit mariam salutare Elizabeth: vt sermo procedēs de vtero matris vbi habitabat dñs: per aures elizabeth ingressus descēderet ad Johānem: vt illic eū vngeret in ꝓphetā. Nec ille. De repletōe q̄z spūssancti ipius elizabeth ex virtute salutatiōis virginalis dicit̄ vbi sup̄. Et replera est spūsancto elizabeth: ⁊ ꝓphetauit beate virgini dicēs. Bñdicta tu inf̄ mulieres. i. inter oīs mulieres benedictas maiori bñdictiōi insignis: iuxta illd̄ Eccī. xxiiij In multitudine electoꝝ habebit laudē ⁊ inter benedictiōes benedicet̄. Jrē benedicta tu singulariter q̄ es ꝑgo cū fecūditate ⁊ mater cum ꝑginitate: ⁊ genuisti deū qui creauit te

Propter tria fuit Maria bñdicta.

¶ Tria ꝓ fuerūt in beata ꝑgine ꝓpter q̄ singulariter fuit bñdicta. Primū fuit hūilitas Qꝛ em̄ sevacuā ostēdit: ideo impleri meruit Un̄ ei dixit angelꝰ. Aue gratia plena. Secūdū fuit ꝑginitas: quā vt melius custodirꝫ frequētias hoīm fugiebat. ꝓpter qđ dñz comitē hꝫe meruit. vñ ei dictū est: dns tecum. Tertiū est dei ⁊ primi charitas: cuiꝰ amore hoīm maledicta ꝓtempsit. ⁊ ideo benedicta fuit ab angelo: qꝛ triūphantē eccl'iam reparauit. Benedicta q̄z fuit ab elizabeth: quia eccl'iam militantē iam q̄si mortuā suscitauit Quātū em̄ fuerit btissima ꝑgo repleta charitate: apparuit exh̄ q̄ ipsa postq̄z salutauit elizabeth mansit cū ea quasi trib⁹ mensibus Quia em̄ vt habet̄ Lu. j. qñ ipa bñdicta dei mater ꝓcepit filiū suū erat sextus mēsis ꝓceptiōis beati Johis. Jdeo ipa pūssima virgo voluit ibi circa tres mēses pmanere vt iteresset natiuitati beati Johis: ⁊ illi charitatis obsequia impēderet. O igit̄ gl'iose ꝑco q̄ regina āgeloꝝ i tuo ortu tibi mistrātē ⁊ fuietē habere meruisti. O īmēsa regine celi charitas: q̄ deū in vtero suo hꝫs cognate sue elizabeth ac puero eiꝰ vt empticia ancilla humillime seruiebat. ¶ Tertio ascēdit i mōtana ꝓtēplatiue iocūditatis. Cōtēplatio em̄ dr̄ mons iocunditatis. de quo inq̄t dꝰ Jsa. lvj. Adducā vos ad montē sanctū meū: ⁊ letificabo eos in domo oratōnis mee. holocausta eoꝝ placebunt mihi sup altari meo. qꝛ domꝰ mea domꝰ oratōnis vocabit̄ cūctis ꝑplis. hec ibi. Figurat̄ āt mons iste p montē thabor: ad cuiꝰ sūmitatē ducēs Jesus petrū iacobū ⁊ iohannē transfigurat̄ est an̄ eos: Matth. xvij. ostēdēs eis aliqua lit̄ gl'iam suā. Ex cuiꝰ visiōis suauitate inebriatꝰ Petrꝰ ait. Dñe bonū est nos hic esse. Ad huiꝰ q̄ montis ascēsum oportet ducere petrū: q̄ interpꝛat̄ discalciat̄. ⁊ iacobum q̄ interp: etat̄ supplātans. ⁊ iohem q̄ interp̄tat̄ in q̄ est grā. i. oportet mundū contēnere: diabolū ⁊ eiꝰ tēptatōes supplātare: ⁊ carnis castimoniā gratiosam habere. ⁊ ꝑ hāc ꝓtēplationē ascēdit mēs humana vsq̄z ad exercitiū patrie supne. de qua Jsaie. lj. dr̄. Gaudiū ⁊ letitia inuenit̄ in ea gratiarū actio ⁊ vox laudis Per hūc montē contēplatiōis transiuit beata virgo que mentē semper in diuinoꝝ con

N Latitas dr̄ mōs.

N Cōtēplatio dicit̄ mons

Quomō nos ascē/dere i mō tana dxr mus

cēplatōe eleuatā tenuit. qđ clarissime in suo mirabili cātico mystic⁹ sentētijs pleno oñdit dr quo in sequēti sermōe disserem⁹. Sēp q̄z dr lectata est habitare in mōtanis: q⁹ fundamēta ei⁹ fuer⁹ i mōtib⁹ sctis: vt dr ps. lxxxvj.

¶ Debem⁹ igit⁹ z nos p mōtana ista ascēdere z ibi trib⁹ mēsib⁹ morari. i. ī alto ꝓcēplatōis pseuerare q̄lsq̄z in nobis dfecerit iordinat⁹ amor mūdi: nr̄i z nr̄or. Siq̄dē mēsis a mene dr: qđ est dfect⁹. Et h̄ ē qđ dictū ē Abrāe Ben. xij. Egredere dr fra tua z dr cognatiōe tua: z dr domo p̄tis tui: z vade in terrā quā mōstrauero tibi. Ad h̄ aūt faciēdū nos hortat⁹ dr dicēs cuilibet nr̄m illd Exo. xxiij. Accede ad me in mōtem z esto ibi. Iste nāq̄z est mōs ille dr q̄ spūaliť exponi p̄t illd qđ i eodē c. dr. s. Habitauit gl'ia dñi sup montē synai. In isto mōte exaudit dr orōnes sibi factas. vñ dicebat ps. Exaudi me dr mōte sctō tuo. Optet aūt nos ec mūdos corde si cū purissima ꝑgine ad sūmitatē hui⁹ mōtis volumus puenire. Dic ēm ꝓpha ps. xiij. Dñe q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut q̄s requiescet in mōte sctō tuo? Et rñdit. Innocēs manib⁹ z mūdo corde. Jo dormiētes i pctis z somnolēti ac pigri nō p̄nt ascēdere mōtē istū: iux illd Exo. xix. Nō poterit vulg⁹ ascēdere i mōtē. in montē. s. ꝓcēplatōis. dr quo ps. lxxiij. dr. Mōs syon in q̄ hitasti in eo. Syon q̄ppe interpretat⁹ spec'latio. quē mōtē dr valde diligit dicēte ppha ps. lxxvij. Indurit eos i montē sctificatiōis sue: mōtē syon quē dilexit. Qui aūt sup istū montē dr uote ascēderit saluabit⁹. Scd'rū est ēm Abdie vnico. c. In mōte syon erit saluatio. Nō est ꝙ mirādū si btā ꝑgo libent⁹ mōtana ascēdit. nā z fili⁹ ei⁹ solit⁹ erat ascēdere mōtes cā orōnis. vñ Mat. xiij. dr Ascēdit i mōtē sol⁹ orare. z idē h̄r Mar. vj. Iste est mōs dr q̄ Apoc. xxj. inq̄t btūs Joh. euāg. Sustulit me in spū in mōtē magnū z altū. In ist⁹ q̄z mōtanis ꝓtemplatiōis btūsima ꝑgo bibebat aq̄s dulcissimas diuie cōsolatiōis. Prophetarū ēm fuerat Johel'. iij. et Amos. ix. Stillabūt mōtes dulcedinem. s. mr̄i dei. De istis etiā mōtib⁹ pdixerat dauid ps. ciij. Rigās. s. dr⁹: mōtes dr supiorib⁹ suis sup mōtes stabūt aq̄. s. diuie ꝙsolatōnis. In istis q̄z mōtib⁹ pascit fili⁹ ꝑgis dr uotos suos tanq̄z i pascuis. dr q̄b⁹ dici p̄t illd Job. xxxix. Circūspicit mōtes pascue sue. In ist⁹ mōtibus stāti ꝑgi bñdicte veniebat ei⁹ dulc⁹ fili⁹ ad eā recreādā. vñ ipa inq̄t Cañ. ij. Ecce iste venit saliēs in mōtib⁹. Sup istos mōtes ex charitate z cōpassiōe dflebat ipa ꝑgo pūsima pctā hoīm. sicut pphetarū fuerat Hieremie. ix. vbi dr. Sup mōtes sumā fletū. Uñ z nos dbem⁹ in istis mōtib⁹ pctā nr̄a dflere. vt sim⁹ de illis dr q̄b⁹ dr Ezech. vij. Erūt in mōtib⁹ sicut colūbe. Colūba ēm habet gemitū p cātu. In ist⁹ aūt mōtib⁹ pascent fil' cum btā ꝑgine aīe nr̄e spūalis ꝙsolatiōis refectōe sicut pdictū fuit Ezech. xxxiij. vbi dr. In pascuis pinguib⁹ pascent⁹ sup montes isr'l. Isr'l ēm vidēs dēū vel dei visio interpretat⁹. Et iō dē nos hortat⁹ ascēdere mōtes istos Josue. ij. dī. Ad mōtana ꝙscēdite. Verificabiť ēm dr nob illud Judic. j. Fuit dñs cū iuda: z mōtana possedit. Ad ista aūt mōtana nō p̄nt puenire cū btissima ꝑgine illi q̄ sunt implicati i terrenis cupiditatib⁹: qui dicere p̄nt illd Jos. xvij. Nō poterim⁹ ad mōtana ꝙscēdere. Ad ipa mōtana maxie dñi pastores z plati ꝙscēdere. Scd'rū est ēm Hiere. xxxiij. Habitacūlū pastor⁹ in ciuitatib⁹ mōnosis. In montibus ēm ui'is iueniēt beatā ꝑginē: q̄ visitabit eos sicut visitauit cognatā suam Elizabeth. A qua nos etiā facit visitari ipe bñdict⁹ ei⁹ filius. Amen.

¶ De eiusdē sctissime ꝑginis visitatiōe Sermo. ij.

Magnificat aia p

mea dñm: Lu. j. Inq̄t diu⁹ ambrosi⁹ sup Luc. Sicut peccatū a mulieribus inchoank. Uñ nō ociosum videt: q⁹ z añ Joh̄em Elizabeth ꝓphetizat: z Maria añ dñi generatiōez. Sequiť aūt: vt marie quo ꝙsona melior: eo pphetia sit plenior. Hec ille. Btūs ꝙo Basili⁹ addit di. Uirgo ēm intēctiōe sublimi ac speculatiōe ꝓfunda i mēditatē ꝓcēplās mysteri⁹: qsi ꝓfundi⁹ gradiens magnificat deū dicēs. Magnificat aia mea dñm. Hoc aūt dulcissimū canticū tympanistria nr̄a dcātauit i domo elizabeth: qn visitata ac salutata ipa cognata sua: sentiens hūillima dei mr̄ se dcatā pdicari ab elizabeth ꝓtin⁹ in laudes dei prupit ꝙba thematis nr̄i dcantās. q. d. fm Nico. de ly. sup Lu. O elizabeth tu me magnificas. sz ego totū ro attribuēs ipm magnifico in hoc cantico. Dē tres ꝙsiderationes faciem⁹.

Prima dicet sublimitat'.

Scda modalitatis.

Tertia ꝙo appellabiť causalitatis.

¶ Pars ꝓma hui⁹ sermonis que dicitur sublimitatis.

Excellentia cãtici magnificat ostenditur.

Qublimitas ⁊ excellẽtia cãtici virginal' oñdit triplicit. Primo rõne ordinatiõis. Nã vt dicũt doctores cãtica veter⁊ testamẽti sunt subordinata canticis noui testamẽti. maxime isti excellẽtissimo cantico matris dei. cui omnia illa cantica velut vmbra deseruiũt. Precessit em̃ primo canticũ Moysi Exo. xv. s. Cãtem⁹ dño ⁊c. Et fm spũalem sensum significat liberatiõem a seruitute peccatoz. Secũdo cãticũ populi ysrael. s. Ascẽdit puteus ⁊c. Num. xxj. Et notat largitatẽ gratiaz ⁊ donorum. Tertio canticum Debore. scilicet qui spõre obtulistis aias vestras ⁊c. Judicũ. v. ⁊ mũnat obedientiã subditoz. Quarto canticũ eiusdẽ Moysi. s. Audite celi que loq̃r. Deut. xxxij. ⁊ demonstrat instructionẽ diuinorum eloquioz. Quinto canticũ Anne s. Exultauit cor meũ in dño. j. Reg. ij. Et signat veritatẽ gratuitoz. Sexto cantica diuersa Dauid in psalmis. ⁊ figurãt varietatẽ dulciũ sonoz. i. gaudioz mentaliũ. Septio cãtica cãticoz Salomõis. ⁊ significãt ꝓfectionẽ amoz̃. Hec ãt oĩa cãtica deseruisse cãtico ẽginali patz. Nã ipam tympanistriã nram describit euangelista a vicijs denudatã: cum ei ꝓ angelũ dr. Aue. i. sine ve. id est sine peccato. Jtẽ gratijs fecundatã cũ sbdit. gra plẽa. ac dei solius imperio sbiugatã cũ infert: dñs te cũ benedicta tu in mulieribꝫ. q̃si diceret. Mulieres cetere sb viri ptãte sunt. Tu soli dño q̃ est recũ. Jtẽ insinuat eã diuinis eloquijs illustratam: qñ cogitabat qualis esset ista salutatio: ruminãs scripturas ⁊ iterũ qrẽs. Quõ fi erisud? Jtẽ tanti flij delicijs plenã: quia inuenta est in vtero hũs de spũ sancto. ⁊ modularis gaudijs ꝑdotatã. ac ꝑ amoz̃ totaliter deuinctã. cũ ad montẽ ꝓtemplationis ⁊ diuine laudis ascẽdes cecinit dicens. Magnificat aĩa mea dñm. Et exultauit spũs me⁹ in deo salutari meo. ¶ Et aduerte diligẽter q̃ quicq̃ in cãticis canticoz petit: aut facũ esse describit: totũ ⁊ plus hic lucide habitũ insinuatur. Nã ibi petit osculũ cuz dr. Osculet me osculo oris sui. vt habet Lañ. j. c. hic habet vnctio. s. diuine nature cũ humana. Ibi postulat tractio dũ dr in eodẽ. c. Trahe me p⁹ te. Hic discursio. nã Maria ꝑgit cum filio i vtero ad Elizabeth. Ibi q̃rit loc⁹ past⁹ ⁊ accubitus dũ dr in eodẽ. c. Jndica mihi quẽ diligit aĩa mea. vbi pascas. vbi cubes in meridie. Hic habet cubans in vtero ẽginis ⁊ pastus eius alimẽtis. Ibi videbat lõge saliens in mõtibꝫ. vt habet. ij. c. Hic festinater ducit in mõtanis. Ibi querebat in lectulo ⁊ nõ reperiebat. vt habet. iij. c. Hic claudit i corpu sculo ⁊ repit in psepio. Ibi vocat dilectus vt discedat. vt habet. vj. c. Hic humiliatur vt se ostendat. Ibi q̃uersio eius ad humanã naturam sperat. vt habet. vij. c. Hic iã fetã demõstrat. Ibi incarnandus petebat ad oscula ⁊ amplexus. vt habet. viij. ca. Hic incarnatus alitur ⁊ dat omnibꝫ eius desiderãtibꝫ amplexus. ¶ Secũdo apparet hui⁹ cantici excellẽtia rõne cõprehensionis. Hoc em̃ canticũ comprehendit in se cãticũ vite eterne sine significatione eius. De quo celesti cantico dr Apoc. xiiij. q̃ sancti cantabãt canticũ nouũ añ sedẽ dei ⁊ agm. Sciendũ ẽ q̃ ꝓmus grad⁹ ⁊ summus beatitudinis est visio diuinitatis: in q̃ ꝓsistit felicitas. c. ieiunij. de ꝓse. dis. v. Et ex hoc gradu tanq̃z ex fonte omis ali⁹ gradus beatitudinis deriuat. vt inqt brũs Thomas in. iij. dis. xlix. ⁊ omis alij theologi ibidẽ. In qua visione aĩa eleuata mor dei magnificat vt ꝓmus versus insinuat. Et quia tanti boni visio sine immẽso gaudio esse nõ potest: statim exultat spũs in deo salutari suo. vt dicit secundus ꝓsus. In h̃ aũt lumine ⁊ gaudio anima seipsam cognoscit ⁊ videt se illa tãta gl̃ia indignã. ⁊ sic fatet se humilẽ ancillã. vt tertius versus sonat. Hinc cõparat ꝓmia ad merita ⁊ ꝓmiatũ ad ꝓmiantẽ. ⁊ addit. Quia fecit mihi magna. mihi indigno magna premia tribuẽdo ꝓmians q̃ potens est. vt habetur in quarto ꝓsu. Jnde ꝯo ꝓspicit nõ ex meritis humilitatis: sed ex mera misericordia omes beatos beatitudinẽ ꝓsecutos. ⁊ dicit in quinto versu. Et misericordia ei⁹ a ꝓgenie in progenies ⁊c. Postmodũ de ipsa imꝑportionata, ꝓportiõe. s. ꝓmij ⁊ ꝓmiate anime differẽs. cũ anima habeat vltra id quod de sui natura ꝓsequi potest: fatet id euenire ex mera dei potẽtia dicẽs in sexto versu. Fecit potentiã i brachio suo. Sed ipsa potentissima manu intuetur eẽ summã iustitiã malos merito puniẽtem ⁊ dic. Dispersit superbos mẽte cordis sui. ⁊ deposuit potẽtes de sede. in septio ꝓsu. Et q̃m nõ est pua portio illi⁹ summe felicitatis societas beatoz repleta ad supabũdantiã. ⁊ iebriata ab vbertate dom⁹ dei: ipos intuet. ⁊ ait i ꝓsu octauo. Esurientes ipleuit bonis ⁊c. Qm̃ ꝯo ista esuries nõ ẽ in ꝓria sz fuit i via. ibi intuet. ꝓmissiões factas sb duplici testamento testate ps. Sic audiuim⁹ sic vidim⁹ ⁊c. exultatoz in tali ꝓspectu. Jtẽ illud Lañ. j. Exultabim⁹ ⁊ letabimur in te. memores vbez ruorũ. i. testamentoz. Et sicut sunt duo testamẽ-

R Magnificat ꝓpheđit cãticũ vite eterne

Quia cãtica nõ ꝓpria dirigẽdo dirigitur

ea. sic submittit dños ꝑsus. s. Suscepit isrl puez suū. z sicut locut⁹ est. p nouo testamento. Sic igit apparet quō istud cāticū cāticorum. s. Magnificat. oia cātica ꝯtinet padisi vbi effectualit sine cessatiōe cātat cāticum nouū Magnificat. fm illud ps. Cātate dño cāticū nouū: laus ei⁹ i eccl'ia sctoꝝ. Nō cānticū dr nouū nouitate vniuersitatis. qz fctm est a mre z dña vniuersoꝝ. Jtē nouitate potestatis. qz nūq̄ visa est tāta potestas sic illa de qua dicit. xxxj. s. Nouū faciet dñs super terram: femina circūdabit viz. Jtē nouitate iocūditatis. Nullū em cānticū cantat in ecclesia tāta iocūditate sicut magnificat. Nec Johes dñici cardinalis sup Magnificat.

Magr dr cāticū nouum.

S Gerson exponit magr

¶ Magister ꝺo Johes gerson cancellarius parisiēsis in suo tractatu ꝑmo sup Magnificat dic. quid appropriat⁹ qd ve diuinit⁹ poterim⁹ accipe qz ipmmet psalteriuz Marie dcacordū habes dcē versus quasi totidē cordulas sonoꝝissimas ꝑformit ad illud vniūsale dcacordū totius rōnalis creature qđ cōnecctitur ex nonē ordinibz angl'oꝝ qsi ix. fidibus arguns. iuncta ex hoibz decima. quam i ꝑmis parētibz ꝑ pctm ruptā summ⁹ noster citharista repauit. vt ꝯcordaret psalteriū iocūdum cū cythara. Est itaqz ꝑma huius psalterij Marie cordula sonās dei magnificētiaz qz dñs est cui⁹ eleuata est magnificētia super celos. Magnificat inqt ꝛia mea dñm. nō dicit illum vel illū. sz simplicit z anthonomatice dñm. Secdo magnificat in salutatione. ꝓpterea vocat ipm salutare. qz dñi est salus Tertio magnific⁹ est i respectiōe humiliuz z beatificatōne. qm excelsus dñs z humilia respicit. Quarto magnific⁹ i magnoꝝ opatōe z noie sui sanctificatōe. Quia inqt fec mihi magna q̄ potēs ē: z sctm nomē ei⁹. Cōsonat ps. Quia magnificasti sup omē nomē sctum tuū. Quinto magnific⁹ ē i misecdia z miseratiōe timētibz eū. Sexto magnific⁹ i suppoꝝ mēte: cordis sui directiōe siue dispersiōe Septimo magnific⁹ i humiliū exaltatōe potētibus de sede depositis. Octauo magnificus in esurientiū impletōe cū diuites dimisit ianes. Nono magnific⁹ i pditoꝝ liberatōne. qz suscepit isrl puez suū. Decio magnific⁹ i pmissoꝝ suoꝝ ꝓpletōe. Sic locut⁹ ē ad ꝓres nros Abraā z semi ei⁹ i secla. Nec ille. Lui cū rn̄ disset ei⁹ discipul⁹ sibi placere hāc expositōez Nā ille tractat⁹ ꝓcedit ꝑ dialogū. sbiunxit ꝑdixit doctor dicēs. Quid ꝺo ceseres si varios oim organoꝝ sacre scripture modulos imo voces oīs geueri musicoꝝ cordare faceremꝰ cū hoc Marie psalterio dcacordō? Et itez dicit. Scias sil'r q̄ i auribz suis nr̄a psalteria copiosissime z districtissime faciebat resonare voces oim musicoꝝ: dum mētis intuitum sil'r cū plectro meditatiōis liberrimo discursu miraqz celeritate diffundebat vbiqz. duz qsi simul in omes z singulos se diffundebat affectus. qs solet humana mens singulatim variare canēdo. Nec ille. Et iō possum⁹ dicere. q̄ btā ꝺgo figurat ꝑ philomenā. q: sicut ista auis supat omes alias aues in cāru: ita btā ꝺgo omes sctos. Et iō illi dicere possumus illud qđ canit Ouidi⁹ in li. de philomena di. Dulcis amica veni noctis solatia prestans. Jnt aues etenī nulla tui similis. Tu philomena potes vocū discrimina mille. Mille vales varios rite referre modos. Nā q̄uis alie volucres modulamie tērent. Nulla potest modulos eq̄alere tuos. Jnsup est auiū spacijs garrire diurnis. Tu cātare sil'nocte: dicęz potes. Scīā tn̄ dño deꝓmis mūera laudis zc. Et q̄b⁹ oīb⁹ pz sblimitas h⁹ cāticiōis ꝑphētiōis. qz i se ꝑphēdit oīm alioꝝ cāticoꝝ pfectōes ¶ Tertia rō oñdēs excellētiaz z sblimitatē h⁹ ꝺr ꝯcordatōis. Hoc em cāticū ꝯcordat cū ozōe dñica quā fec saluanor nr̄ et docuit: vt habet Matth. vj. s. Pr̄ noster zc. Et hāc ꝯcordantiā declarat Johes dñici vbi sup̄. cui⁹ ꝛba causa brenitatis omitto. Post ozōnem ḡ dñicam nulla est excellētior. nulla sublimior. nulla dignior. nulla vtilior ac salubrior: isto benedicto cāntico. Et iō cuilibet deuoto inqt ꝓpheta Isa. xxij. Bñ cane. frequēta cānticū. Et Ezech. vij. Lanite tuba. i. voce sonora. ꝓparent oēs. s. ad canendū deuote h̄ canticū. Hoc em est illud cāticū qđ suaui sono canit Ezech. xxxiij. Hoc etiaz est illud canticū de q̄ pdixit Danid ps. xxxix. dicens. Immisit i os meū cānticū nouū: carmen deo nro Un̄ dicebat ps. lxviij. Laudabo nomen dei cum cāntico z mugnificabo eū in laude Et ps. xcv. oēs ingrabar ad canēdū dicēs. Lātate dño cāticū nouū: cātate dño ois terra. Et Eccl. xxxix. ꝺr. Collaudate cānticū z bñdicite dñm. Et Isa. xlij. Lantate dño cāticū nouū laus eius ab extremis terre. Et Michee. ij. scriptum est. Lantabo canticū cum suauitate. Beata autē virgo dicebat cum prophetapsalmo. xij. Lantabit dño qui bona tribuit mihi z psallam nomini dei altissimi. Et. ps. lvij. Ut cantem fortitudinē tuam. qđ fecit cum dixit. Fecit potentiā in brachio suo zc. Jtez dicebat illud ps. lxxviij. Misericordias domini i eternū cātabo. Quod fecit cum dixit.

Laus Quidij de philomena

P⁹ pñs magr excellit alias oīoēs

Et misĕricordia ei⁹ a pgenie i pgenies ⁊c. Ipa ḡ seruauit pceptũ spũsci dicĕt⁊ p os dauid ps xcvij. Lãrate ⁊ exultate ⁊ psallite. Ũ ⁊ ei⁹ plonia ditet at idē ppha ps. lxx. Exultabũt labia mea cũ cantauero tibi. Dicebat ḡz ipa benedicta ẏgo illud ps. c. Misericordiam ⁊ iudiciũ cãtabo tibi dñe. Quod fecĕ quãdo ce cinit dicês. Deposuit potẽtes ꝺ sede ⁊ exaltauit humiles. In hoc autẽ cantu suo dedit de/ uota virgo exemplũ illis qui sunt diuino cul tui deputati. vt deuote cantarent cantica diui na in ordinem ecclesiasticũ. c. in die. de cõse. dist. v. Et cum ipa exultauit in deo: dedit exẽ plum cantãdi ⁊ iubilãdi magis corde ḡz ore. ficut postea ordinauit ecclia in. c. non mediocriter. de cõse. dist. v. ⁊. c. sedulo. xxxviij. dist. ⁊ cãtantes. vbi glo. xcij. dist.

¶ Pars secunda huius sermonis que dicit modalitatis.

Inquit Nicolaus de lyra sup Lucã. q̃ in cantico beate ẏginis Primo po/ nit modus cãtandi. ⁊ hec est ps prĩa. Secũdo subdit causa cantãdi. ibi. Quia re/ spexit ⁊c. ⁊ hec est pars sequens. Circa ꝑmũ declaratur laus ẏginis tãqz magna cũ dicit. Magnificat. Secũdo vt deuota. ibi. aĩma mea. nõ tm labia mea. Tertio vt debita. cuz dicit. dominũ. cui debeĕ laus ⁊ honor. Quar to vt locũda. ibi. Et exultauit spiritus meus. Quinto vt recta. ibi. in deo salutari meo Et dicit in deo ratione creatiõis. salutari rõ/ne recreatiõis. meo rõne assumpte humani/tatis. quia sic fuit ipsi⁹ ẏginis ⁊ nõ alterius Dec ille. Dicit aũt Magnificat aĩma mea dñm. nõ tm addẽdo aliq̃d ad eius maiestatẽ magnitudinẽ: qz immẽsa est. nec augeri pot nec minui. Ũ Eccĩ. xviij. ꝺ. Quis inuestigabit magnitudinẽ eius? nõ ẽ minuere nec addere nec inuenire magnalia dei. Magnificauit aũt eũ ei⁹ magnificentiã omnibꝫ nũciãdo. sicut faciebat Dauid dicês ps. xxiij. Magnificate dñm mecũ. Et hãc expositiõz approbat Johãnes gerson vbi supꝛ di. Dñs a creatura magnificaĕ. nõ in augmentũ sui i se. sed qz magn⁹ esse ꝓdicaĕ: canitur ⁊ laudaĕ. aut certe qz magnificã facit aĩam cui magna facit qui potẽs est. Nã ḡs iustificauit hos et magnificauit. Nunq̃d paruz tibi videĕ magnificata brẽ Marie ẏginis anima. q̃ opa/tioni supra modũ magnifice fuit ausa ꝓbere ꝓximum? Fiat inq̃t mihi sm verbũ tuum. i. fiã mater illi⁹ filij cui est pater ꝺ⁹. Quid excelsius. qd sublimi⁹ ⁊ magnificẽti⁹ poterit cogitari. qõ ⁊ vidit cũ ꝓphetice subiũxit. Ecce em ex hꝫ btãm me dicẽt oẽs generatiões. Nec ille. ¶ Jtẽ Maria magnificauit dñm hũliando se. iuxꝫ illꝺ pꝭ. Accedet hõ ad coꝛ altruz ⁊ exaltabit deꝰ. Magnificauit dñm: illũ oĩbus ꝓponẽdo: dicês cũ ꝓpha ps. cxliij. Exaltabo te deꝰ meꝰ rex ⁊c. Magnificauit dñm ei⁹ coꝛp⁹ mysticũ augẽdo. iuxꝫ illꝺ Isa. xxxi. q Magnificat⁹ ẽ dñs qm repleta ẽ sion iudicio ⁊ iustitia. Magnificauit dñm: ipm laudãdo ac dicẽdo cũ ꝓpha ps. lxviij. Magnificabo eũ in laude. Magnificauit dñm ipm bñdicẽdo. iuxꝫ illꝺ Eccĩ. xliij. Benedicentes dñm exultate illũ q̃tũ potestis: qz est maioꝛ oĩ laude. Magnificauit dñm: ei⁹ inimicos expugnãdo. iuxꝫ illud Exo. xv. Cantem⁹ dño gl'iole em magnificat⁹ est ⁊c. Dicebat ḡ ꝓtinue ipa btã ẏgo spõso suo celesti cum ps. Replea os meũ laude vt cãtem tota die magnitudinẽ tuã. Jtẽ dicebat cuz eodẽ ꝓpheta. Magnificabo eũ nimis in oꝛe meo. Omes quoq̃ inuitabat ad idẽ faciẽdũ dicês cum ꝓpheta ps. lxvj. Omes gẽtes magnificate eũ Dicebat aũt deo illud Exo. xv. Quis similis tui magnific⁹ i sctitate? Et illꝺ ps. viij. Eleuata ẽ magnificẽtia tua sup celos. Et hꝫ autẽ cãtico apparet excellẽtia ⁊ altitudo atq̃z audacia ist⁹ dignissime ẏgis. q̃ illũ magnificare attẽtauit. de q̃ ꝺꝛ Eccĩ. xliij. Quis magnificabit eũ sicut ẽ. q̃si dicat null⁹. Jpe nãq̃z ẽ ille de q̃ b. Job. xviij. sui lib. c. dicebat. Nolo multa fortitudine ꝺtẽdat mecũ. neq̃z magnitudinis sue mole me ꝑmat. Et rõz assigbat. xxxix. c. dicês. Est ei magn⁹ fortitudie ⁊ iudicio ⁊ iustitia. ⁊ errari nõ ꝓt. Uera ẽ em ꝓphe snia dicẽt⁊. ps. 47. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudis ei⁹ nõ ẽ finis. Et tñ ista nobilissima puella eũ magnificauit. id est magnũ feĕ. Quia em deꝰ magn⁹ i ei⁹ vtero puul⁹ factꝰ ẽ. ⁊ i visceribꝫ ei⁹ creuit. ⁊ lacte ei⁹ nutrit⁹ magn⁹ factꝰ ẽ. Jõ merito inq̃t ei⁹ mr se illũ magnificare. i. maiozem facere. Sctus aũt Bernardus inq̃t. Nõ laudaĕ hic magn⁹ dñs ⁊ laudabil' nimis: ⁊z pu⁹ dñs ⁊ amabilis nimis. Dic ḡ btã virgo. Magnificat aĩa mea. qz lingua nõ suffic. Ũ glo. inquit. Quia tãto munere dñs me sblimauit vt nullo lingue officio explicare possim. Jõ tm aĩ interiorꝭ affectũ i agẽdis grazz laudibꝫ offero. Uel dic. Alia mea. q. d. nõ solũ coꝛp⁹ ⁊ lingua ⁊z ꝓncipaliꝫ aĩa mea magnificauit dñm Deus ei⁹ vt ꝑ. diximꝰ magnificat⁹ ẽ ⁊ laudãdus magꝭ mẽte q̃ voce. iuxꝫ illꝺ apli Ephes. iij. Lãtares i coꝛdibꝫ vr̃is deo. vñ dicebat. Psallam spũ psallã ⁊ mente. Ex qbꝫ patet suauĩ

Maria deũ magnificauit

Ubi Lyra exponit magnificat.

De quo magnificatur

Suauitas huius cantici.

tas cātici hꝰ ꝙginalis. Licz ei dicat Eccl.xl Tybia t psalteriū dulcē faciūt melodiā t super vtrūqz lingua suauis. tñ dulciorē cātus spūal's aubil⁹ cordis t mētal' melodia. Scriptū ē ei Eccl.xxx. Nō ē oblectatio sup̄ cordis gaudiū. Quis ḡ erit tāte sufficientie vt valeat explicare vl' peipe quāte melodie est canticū qđ instrumētalit ꝙgis sancte aīma cātat. Cōsidera si vales q̄lis sit cythareda. q̄lis cythara. q̄lis t cātici materia. Nā etiaz bonus cāror si voce rauca vtat. male cātat. t bon⁹ cythareda fracto instrumēto male cytharizat. Nec etiā sufficit vox pulcra t instrm nobile: si autor artis sit imperit⁹. Jux illd Ouid. in iij. li. de ponto. e. x. Nō bñ cātates labor ē audire puellas. Itē data peritia artꝫ t instroꝝ cōpositiōe pfecta. si materia sit displicibilis: de suauitate cytharizantiū t canentiū aliqđ sbrahit. Ad faciēdā ḡ pfectā t delectabilem melodiā requirit bon⁹ mgr. bonū instrumentū: t materia suauis t delectabil. q̄ omia erāt in eo. De quo inqt Virgi. in j. eney. cythara crinitus iopas Personat aurata docuit que maxim⁹ athlas. Jn isto aūt cātico cythareda est spūsc⁹ q̄ etiā in oīm instrūmēto iepto t vilt suauiter sonat. Ut em inqt Gregoriꝰ in simone apl'oꝝ. Tetigit puer cytharedā David t psalmistā fecit. Tetigit etiā puer iuuenem Danielē. t iudicē senū fecit. Pastorem armentariū Amos t pphetā cōstituit. Piscatorē Petrū t p̄ncipem apl'orū ordinauit. Thelonearīū t publicanū Matheū. t apostolum ac euāgelistā creauit. Persecutorē fidelīū Paulū: t p̄dicatorē gentiū fecit. Qualiter ḡ cātabit t armonizabit spūsanct⁹: vbi instrm est aīa ꝙginis sctissime? Sed adde nobilissimo cytharede: t suauissimo acoptrimo instrūmēto pciosam ac delectabilem materiam. Quia in hꝫ dignissimo cantu cantantur magnalia diuine laudis. Vñ bñ cecinit ꝙgo gliosa dicēs. Magnificat aīa mea dñz q̄si diceret cū ppha. Cōfitebor dño nimis in ore meo. t in medio multoꝝ laudabo eū. ps. cviij. Nimis inqt nō respectu magnificari: sed respectu audientiū: q̄ tam magna capere nequeūt Uel melius exponendo. Cōfitebor dño nimis i ore meo: id est si voluero magnificare dēū ore meo: nimis eēt t nimis plirum imo ipossibile. vñ t Paul⁹ q̄ in padiso vidit loq̄ nō potuit. ij. ad Cor. xij. Magnificat ḡ aīa mea dñm. q̄ rapta ē ad videndū eū magnificētiā. qz ꝙbis hꝫ bñ fieri nō posset. ¶ Et bñ

Spūsā cr⁹ cythareda

Triplex fuit ꝓfectꝰ aīam ē hō suā

Ē notandū est q̄ dic aīa mea. Nullꝰ em ꝓprie dicere potest meq: nisi q̄ totaliť hz aīam libe-

ram ab omni seruitute. vt inqt Archiepus florentin⁹ in quarta parte summe. titulo. xv c. xxviij. §. ij. vbi etiā dicit q̄ tripler est seruitus a qua oportet esse liberā t immunē vt sit aīa sua. Prima est seruꝰ criminis siue vicio rum. de qua dr Joh. viij. Qui facit pcm̄ seruus est peccati. Sz pcm̄ sicut est triplex: ita t eiꝰ seruitꝰ est triplex. Est em triplex pcm̄ scz mortale. qđ pfecte facit homiem seruū pcti t diaboli. iuxt illd. ij. Pe. ij. A q̄ qs superatꝰ est eiꝰ t seruꝰ est. Et vt dic Augꝰ. Quis ē seruꝰ tot dñoꝝ quot vicioꝝ. t hꝫ maxie ipedit aīam ne possit deo vacare. Per originale aūt pcatū sensus hois t q̄cta cogitatio eiꝰ pna est ad malū ab adolescētia sua. vt dr Gen. viij. t. c. oīs etas. xij. q. j. Nec liberatur aīa ab impedimēto talis seruitutis pugne carnis s̄ spūm. vnde nō pōt ita libere volare ad deum p̄ tēplationē t vacare diuinis. Nec aliq̄ sacramento circūcisionis vel baptismatꝫ vel alterius liberat a tali seruitute. licet subleuetur plꝰ t minus. Jz sp remanet pugna carnis q̄ aīam captiuā ducit sub lege pcti fm̄ inclinatiōem. t si nō dñet oīno. Ueniale autez tepe facit aīam t pigriorē reddit ad ascēdendum i dēū feruorē tollēs spūs. Scda fuitus est sanguinis siue ꝓpinquoꝝ: q̄ etiā animaz aliq̄liter tenet captiuā ne i dēū totaliť vadat. Sic ꝓtz de illo q̄ xp̄m seq̄ cupiebat: sz nō retinebatur ne eū sequereť dicēs. Permitte me ꝓus sepelire pr̄em meū. Mat. viij. Contra quē defectū. s. nimie affectōis ad parētes: venit dñs mittere gladiū sepatōis dicēs. Uenī separe filiū aduersus pr̄em: t filiā adūsus mr̄em suā ⁊c. vt habet Mat. x. t Lu. xij. Et hꝫ iō. qz caro t sanguis regnuz dei nō possidebunt. vt ait apl'us. j. ad Cho. xv. vñ t Amb. inqt in. c. cui poztio. xij. q. j. Nec ē ya sacerdotis fuga. abdicatio domesticoꝝ. t quedā alienatio charissimoꝝ. vt suis se abneget qui deo seruire gliscit. Nec ille. Tertia fuitꝰ est mūdialium t terrenaꝝ rez: spinis suis sollicitudinū aīam ligatā tenentiū ne libere deo seruire valeat. vt patet de illo q̄ dño seruire cupiebat pfecte. Cui interrogāti dñm d̄ via perfectionis. cū ipe dñs rndisset. Si vis pfectus esse: vade t vēde oīa que habes t da pauperibus t sequere me. t tristis recessit discedēs abeo. qz habebat multas possessiōes. vt dicitur Matth. xix. Necesse est ergo vt anima que vult intelligere magnalia dei. t in conspectu eius solius semper meditari: a iugo cuiuslibet haz seruitutum sit libera t immunis. Jn cui⁹ figurā dixit dñs Abrae Gen. xij. Egre-

dere de terra tua. i. de mũdanis cupiditatibꝫ: ⁊ de cognatiõe tua. i. de amicis ⁊ attinẽtibꝫ. ⁊ de domo patris tui. i. de vicijs ⁊ criminibꝫ p q̃ qs efficit filꝫ diaboli. ⁊ de domo ac familia eiꝰ. Juxta illud Joh. viij. Vos ex pre diabolo estis: ⁊ desideria patris vri. i. diaboli facere vultis. Sequit in dicto caplo Ecce ego venio in terrã qua mõstrauero tibi. s. ꝺ tẽplatiõis ⁊ sinanis pfectõis. Talis aũt potest dici filꝰ dei renatꝰ nõ ex sanguinibꝫ iniquitatuꝫ. neq; ex volũtate carnis necessitatũ amicoꝝ. neq; ex volũtate viri. scz mũdi vanitatũ. Et ꝺsequenter potest dicere aia mea. Cũ aũt nullꝰ creature pure aia sit que nõ fuerit subiecta pctõ. Qz si dixerimus quia peccatũ nõ habemus: ipi nos seducimꝰ ⁊ veritas in nob nõ est. vt dicit Johes in canonica sua. excepta scta ỹgie. vt dicit Augꝰ. Que etiã parentũ amoꝝ oblita est segregata ab eis i sua infantia: ⁊ deo totaliter mancipata. vt hystoria natiuitatis eiꝰ edocet. ⁊ ab omni terrena cupiditate elõgata. Restat vt talis ỹgo ab oi iugo fuiuris excussa tota aiam suam possideret ⁊ dicere sola poterit. Magnificat aia mea dñm. ⁊ ita cecinerit vsq; in finez Poterat em dicere cũ ps. Meditatio cordis mei in ꝺspectu tuo sp. Dec Archiepis florentinꝰ. Cui ỹba aũt nõ ꝺcludũt itẽtũ. aut necessario ẽ dicendũ q; bta ỹgo fuit totaliter libera ⁊ immunis a pctõ originali. aliter nõ sp potuisset dicere aia mea. vt ipe pponit. Nam p illo tũc vl instãti quo fuisset in pctõ originali: nõ fuisset libera aia eiꝰ. sz fua diaboli ⁊ pctõ vt diffuse pbauimꝰ in pte pma huꝰ operis. Sola g̃ bta virgo inter puras humanas creaturas potuit dicere illud Ezech. xiij. Anima mea nõ est polluta ab infantia mea vsq; nũc. Et illud ps. xxj. Aia mea illi viuet. s. semp. et nũq; diabolo fuiet. Et ꝺsequẽter semp magnificabit dñm. ¶ Jn q̃bꝫ ỹbis apparet ỹtꝰ ⁊ sanctitas ỹgis: q nõ egit sicut multi alij q̃ carnia vel alia opa ediderũt. i q̃bꝫ excẽsert facta egregia magnoꝝ viroꝝ. vt ab eis vl eorum posterꝫ diuitias vel honores ꝺsequerẽt. Alij ỹo laborauerũt tractare materias delectabiles ⁊ obscenas. vt poete. Alij subtilia vt phi. Alij lucratiua vt iuriste. Alij tpm successus vt hystoriogphi. Et sic vt cõit ad capessenda vl tpalẽ ꝺmoditatẽ: vl gliam ⁊ famaz vt in ppetũ duraret eoꝝ memoria. Sicut Ouidiꝰ q̃ inq̃t i vlẽ methamoꝝ. Jaq; opus exegi qd nec Jouis ira nec ignes. Nec poterit ferrũ nec edax abolere vetustas. Un de talibꝫ verificat illd Eccs vl. s. faciẽdi plures libros nullꝰ ẽ finis. Bta aũt ỹgo ꝫ cãticum edidit pcise ad decantãdas dei laudes. ⁊ ꝫ est eius ois finis ⁊ intẽtio. Et iõ dic. Magnificat aia mea dñm. ¶ Et nota q; nõ dicit dñz nõ sponsum. nõ filiũ. nõ prem. q̃uis q̃dlibet hoꝝ dicere potuerit ỹe. Sed tm dicit dñm vt omi via pprias laudes fugeret ⁊ diuinis tm intẽderet. Si em dixisset deũ: suã humiliratẽ tacuisset. qd fieri nõ poterat cũ ea vsq; ad redundantiã plena esset. ⁊ omi ỹbo: actu gestuq; se humiliẽ ⁊ vilẽ pdicaret pro posse. Qui em dicit deũ: sin dicetis nulla ꝺfirõem exprmit. cũ deus nõ dicat relatiue. Si autez dixisset sponsum: prem vel filiũ: multũ se laudasset. Et iõ dicit dñm: qd nomen est relatiuum ad serũ ⁊ ancillã. q; ꝫ nomen seruus ⁊ ancilla est nomen vilitatis. Et sic sicut respõdit angelo. Ecce ancilla dñi. ita nunc cecinit Magnificat aia mea dñm. Quia ergo bta ỹgo nõ quesiuit famã vel gliam suã sz sp diuinam. Jdeo deus reddidit eã gliosam ⁊ famosam. Jpe em inq̃t. j. Regum. ij. Qui me glificauerit glificabo eũ. Et nõ solũ ipsa est famosa: sed etiã ꝫ eius canticũ est famosiꝰ oibus alijs cãticis. vñ omi die cãtatur. ⁊ hora multũ apta. s. in vespis. ⁊ mõ multũ gratoꝝ solẽni magis q̃ omnia alia ecclesie cantica. ¶ Alia quoq; rõne dixit bñdicta ỹgo dñm: vt. s. ꝫ suũ cãticũ diuie laudis redderet magnificũ. Nã ad magnã laudẽ q̃tuoꝝ requrũtur. s. vt sit a magno laudãte. magno modo. de magnis factis. de magnis psonis. Ex q̃bus oñibꝫ ꝫ cãticũ reddit magnificũ. Naz laudãs est magna. s. aia ỹgis talis et tanta. Modꝰ est nobilissimꝰ. q; exultauit spũs eiꝰ ⁊c. Item est de magnis factis que in ipo cantico narrant. Restabat ergo vt a quarto magna laus diceret vt esset tota magna. Et hoc fit cũ ait dñm. Et prudẽter dixit absolute ꝺminũ. nõ illũ vel illũ. q; nõ loquit de aliquo dño alicuiꝰ portiõis mũdi: vt fecerũt tragici comici ⁊ hystoriogphi. sz de dño vniuersali. Cui ꝺz Dester. xiij. Dñs vniuersoꝝ tu es ⁊ in ditione tua cũcta sunt posita. De illo loq̃tur cui soli ꝺz illud Exo. xxj. Dñs bonus in nocẽs. Qui est deꝰ noꝝ ⁊ dñs dominantiuꝫ. Deut. x. Et cui ꝺz Judith. ix. Dñs nomẽ est tibi soli: qui solꝰ est dñs fortis ⁊ potẽs. dñs potens in plio. ps. xxiij. Qui solus est dñs ỹ tutum ps. xlvj Qui est domin excelsus terribilis sup omnẽ terrã. Jbidẽ. Cui inq̃t idem pphera ps. lxxxij. Nomen tibi dñs. tu solꝰ altissimus sup omnẽ terrã. Cui etiã dicitur Eccli. xlij. Terribilis dominus ⁊ magnꝰ vehementer. Et. ij. Machabe. xiij. Tu domie

Dñz dicẽ ñ deũ vel silealiq̃d

Z Cãticuz magt est magnuz

Triāpferūt scpta scriptis

vniersoz q̄ nulli⁹ indiges. Est g̃ b̃ canticuz valde magnificū. qz de tanto dño loquit Et ideo est excellentius omnib⁹ scripturis mundialib⁹ ¶ Quo ꝯo ad diuinas scripturas est sciendū ꝑm quosdam catholicos doctores. q̄ tria sunt que ꝓferunt scripta scriptis. s. tempus in quo adinuenta sunt. forma tradendi. z dignitas psone tradentis. Respectu primi istud canticū ꝓponit omnib⁹ scripturis veteris testamēti. Respectu secūdi ꝓponit oīb⁹ epistolis: actibus z ꝓpheciis noui testamenti. Respectu tertij ꝓponit omnib⁹ scriptis in euāgelijs: exceptis his q̄ de ore xpi emanauerunt. quia nulla psona post xp̄m dignior reperitur. Et ideo hoc canticū est frequētāduz ꝑm pdictos doctores. qui etiā dicūt q̄ alia q̄ qz rōne dixit btā virgo dīm. vt sz mentem ad timorē z reuerentiā dei excitaret. Quia initium sapiētie est timor dñi. Eccl. j. Iste em terminus dñs includit timorē filialē: qui ē amoris. Jux illud Malach. j. Si ego dñs vbi est amor meus? Item dixit dominuz vt ꝓprietates dei explicaret. qui nō est domin⁹ iniq̄ tyrannus tempalis: qui a ꝓpredatōe sbditorum dz dñs: quasi do minus. imo nihil sed multū z cuncta surripio. Sed a largitione beneficioz dicit dominus quasi do min⁹ Et hoc insinuauit cum eius beneficia cōmemorauit. Primo data sibi in particulari dicens. Fecit mihi magna qui potēs est. z post modum bñficia data oīb⁹ dicēs. Et misericordia eis &c. Scdo a liberatōe oppressoz dz domin⁹: quasi do manus. id est adiutoriū. Et hoc insinuauit cū eum salutarē appellauit: id est salutē dantē. Item cū dixit. Deposuit potentes de sede. s. opprimentes alios. et exaltauit humiles. s. a potentibus ꝓpressos. Tertio a rebellatione inimicoz dz dominus quasi do minas hostib⁹. Et hoc insinuauit cū dixit Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. ¶ Grecus aūt expositor sup Lucā exponit hec verba virginis.

A Expositio greci z Origenis

Magnificat aīa mea dīm: dicēs q̄ b̃ iquit btā ẏgo. quasi diceret. Mirabilia que deus ꝓnunciauit: i meo corpe exercebit. Sed aīa mea infructuosa apud deū nō erit Conuenit aūt mihi z volūtatz fructū afferre. Nā q̄to amplo dei miraculo: tāto teneoz gl'ificare in me mirabilia opantē. Origenes autē sup b̃ passu in q̄r. Si aūt dñs nec augmentum: nec detrimentū recipe pt. q̄d ē q̄ Maria loquit Magnificat aīa mea dīm? Sz si ꝑsiderē dīm saluatorē imaginē esse inuisibilis dei. z aiam sanctā ad ei⁹ imaginē: vt sit imago

Dñs vñ dicatur

imagis. tūc videbo q̄m in exemplo eorū q̄ solēt imagines pingere: q̄n magnificauero aiam meā ope: cogitatiōe z ꝑmonetune imago dei grandis efficit. vt ipse dñs cui⁹ imago est in aīa mea magnificet. Nec ille. Et idē dicit diuus Ambrosi⁹ sup Lucā q̄ ait. Magnificetur dñs. nō q̄ humana vox ei aliq̄d adiūgat sz qz magnificat in nobis dū aīa nostra que ad imaginē dei est creata: p iusticiā se ipo conformat qui est imago ꝑis. Et sic dum ipsuz xp̄m imitādo magnificat. q̄dā participatiōe magnitudinis ei⁹ sublimioz fit vt illā imaginem splēdido bonoz colore factoz. z quadā emulatōe ẏrutis i se videat exꝑmere. Magnificat g̃ dñs nō in se sz in nob. sicut etiam dz sanctificari. Un ei dicimus. Sanctificet nomē tuū. Hāc aūt magnificatiōem diuinā fiendā ab aīa beate ẏginis ꝑdixerat ꝓpheta Dauid. q̄ in eiusdē ꝑsona inq̄t ps. ciij. Bñdic aīa mea dño: dñe de⁹ me⁹ magnificat⁹ es vehemēter. ¶ Sequit aūt btā ẏgo in cātico suo dicens. Et exultauit spūs meus i deo salutari meo. Quod exponens Hugo cardinalis dicit. q̄ anima z spūs idem sunt. sz anima dicit in q̄ntum animat z vificat corpus vnde hic bñ viuendo magnificat deū q̄ fecit eam. Spūs aūt dz in q̄ntum supcelestia ꝓꝑplac⁹. cui⁹ ꝓprie est exultare in deo. Et hec exultatio multū dīsplicet diabolo. Un. j. Regum. iij. Philistijm ingemuerunt dicentes Ue nobis. Nō em fuit tāta exultatio heri z nudiustercius. Ue nobis. Quis nos ꝑuabit de manib⁹ sublimiū deoz istoz. Bis aūt dz. Ue nobis q̄ duplex est exultatio q̄ dīsplicz eis. Una ꝓtra tristiciā seculi. De qua dz. ij. ad Ephez. vij. Tristicia seculi mortē operat. Alia ꝓtra tristiciā carnis que spiritū deijcit De qua ꝓuer. xvij. scriptū est. In merore animi. id est anime deijcietur spūs. Et ꝓpter hoc dz ad Phil. iiij. Gaudete in dño semper iterum dico gaudete Hec exultatio siue hoc gaudiū quod est in deo: est ꝓtra gaudiū diaboli. contra gaudiū mundi z contra gaudiuz carnis. Gaudiū ꝯo diaboli est impietas cōtra deū. ꝓuer. ij. Letantur cū malefecerit z exultant in reb⁹ pessimis. Gaudiū mundi est vanitas contra ꝓximū. Job. xxj. Gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos z in puncto ad inferna descendunt. Gaudiū carnis est voluptas cōtra seipsum. De quo ꝓuerb. xiiij. dz. Extrema gaudij luctus occupat. In his autē non gaudebat beata virgo sed in deo. Et ideo inquit. Exultauit spiritus meus &c. In quo nulla est

B Alius sic incipit

Quõ spi ritꝰ ma/ rie exultauit

simulatio. In deo salutari meo. i. in filio saluatore. nõ in mũdi honore. nõ in carnis voluptate. nõ in generis nobilitate. nõ in corpis pulcritudine. nõ in mũdi pspitate sz in deo salutari meo iuxta illõ ps. Cor meũ & caro mea exultauerũt in deũ viuũ. Et. j. Reg. ij. Exultauit cor meũ in deo. & exultatiõ est cornu meũ in deo meo. Dicit aũt Aug. in q̃dã smõe. Exultat in dño q̃ terrena nõ curat. quẽ psperitas nõ emollit. quẽ aduersitas tẽporalis nõ frãgit. quẽ sola dei memoria delectat. Juxta illud Treno. iij. Memoria memor ero & tabescet in me aĩma mea

L

pueniūt: iuxta illud ꝓuer. iiij. Justorum semita quasi lux splendēs procedit t crescit vsq̄z ad perfectū diē. Maria igit fuit ā gusta in infimis amoze terrenoz: sed alta in sūmis in amoze celestiū. quia semp ibi habitabat: iuxta illud Ecci. xxiiij. Ego in altissimis habitaui. Fuit etiā debilis corpe: sed fortꝫ in mente. que quidē fortitudo sponsum suū celestē multū delectabat: iuxta illud ꝓuerb. xxv. Mlier fortis oblectat virū suū. Incepit etiā ab īfimo loco hūilitatꝫ: t puenit ad summū locū brītudis. vñ inq̄t Luce. j. Respexit hūilitatē ancille sue: ecce q̄z infima. Ecce em̄ ex hoc beatā me dicēt oēs generatiōes. ecce q̄z summa. ¶ Secūdo ꝓncipaliꝫ dico q̄ palma ꝟsideratꝫ q̄ztū ad folia. cuiꝰ q̄dē folia sunt sursum elenata: in īfimo sunt pūctiōe acuta: in lateribꝰ sunt incidētia: in medio plana t suauia: in longū ptēsa: t sunt sp virētia. vt dr in li. de ꝑpe. re. Ista igit folia significāt ꝟba marie q̄ ipa dr in cantico suo. Nā ibi dixit ꝟba sursum elenata q̄n deū magnificauit t in ipo exultauit dicēs. Magnificat aīa mea dn̄m. Et exultauit ꝛc. Scdo ibi dixit ꝟba acuta: q̄b deū dēs ꝓfozauit: cū ait. Qz respexit humilitatē ancille sue. Nihil em̄ est qđ ita hoste supbū superet t ꝓsternat sicut ꝟa hūilitas. Tertio habuit verba plana t suauia: q̄b dei beneficia in se cognouit dicēs. Qz fecit mihi magna q̄ potēs est. Quarto habuit ꝟba longū ptensa. q̄b vsq̄z in finē mūdi a generatōe in generatiōz dei misericordiam oīb' afuturā esse ꝑdixit: cū ait. Et misericordia eiꝰ a ꝓgenie i ꝓgenies timēt'ib' eū. Quito habuit ꝟba incisiua. q̄b vicia īcidebat. Nā a potēt'ib' incidebat superbiā dicēs. Fecit potētiā in brachio suo: dispsit supbos ꝛc. A diuitib' incidebat auaritiā dicēs. Esurientes ipleuit bonis: t diuites dimisit inanes. Sexto habuit ꝟba virentia: q̄bus admonuit q̄ beneficiū incarnatiōis diuīe i cordib' nostrꝫ semp debet virere dicēs. Suscepit israel puez suum ꝛc. vsq̄z i finē cāntici. ¶ Tertio ꝓncipaliꝫ dico q̄ palma ꝟsideratꝫ q̄ztū ad fructꝰ q̄s ꝑducit. Sz nota q̄ palma multū fructificat q̄n est plātata in terra arida: vel q̄n radīs solis est exposita: vel quādo palme masculine est vicina. quia afflata a vētō masculine plame femīnine fructificāt. Et hec oīa ponit plinꝰ. xiij. lib. naturalis hystozie. c. v. t Arist. in li. de vegetabilibus t plā. t etiā ponūt in li. de ꝑpe. re. optime fructificat q̄n cantiq̄ta. Dei q̄ palma generosa n̄ fructificat añ cētū ānos: t tē facē fructꝰ dulcissimos. Btā igit ꝟgo fructū illū pri-

X Palma nō marcescit

Y Palma ḡztū ad folia

Z Palma est inferiꝰ angusta

A Palma ḡztū ad fructꝰ

lit. de quo dr Can. vij. Ascendā in palmā: et apphēdā fructū ei⁹. nec mīz si hec palma virginalis ita bñ fructificauit. Fuit em̄ ꝓmo ei⁹ aīa plātata in terra arida .i. in carne ab oīi humore carnalis cōcupiscētie exsiccata. Et de hoc moraliter exponi pōt illd Heñ. j. Cōgregentur aque q̄ sub celo sunt in locū vnū .i. in totū aliū mūdū: et appareat arida .i. ꝑgo maria ab oīb⁹ aḡs concupiscētie penit⁹ aliena. Secūdo fuit radijs sol' exposita. Sic ei sol magis lucē suā diffundit i lunā et postea in stellas et postea i nubes et postea i mōtes deinde i valles: sic sol iusticie xpus claritatē suā ꝓncipaliter diffūdit i lunā .i. i bñdictā ꝑginē mariā et postea i stellas .i. angelos: et p⁹ea in nubes id est in ap̄los: et postea in mōtes .i. in doctores. et vltimo in valles .i. in subditos humiles. Tertio fuit sponso suo deo nō tm̄ vicina nō tm̄ cōiuncta: ꝝ totaliter intra: iuxt illud Can. viij. Que est ista q̄ ascēdit de deserto deliciis affluēs: innixa sup̄ dilectū suū. Quarto fuit ꝑfectissimā. Est aūt q̄rtū ad p̄sens ꝓpositū spectat triplex antiq̄tas. Una est quam facit sensus maturitas: iuxta illud Sap. iiij Cani em̄ sunt sensus hoīs. Ista ꝑgo antiq̄tatem maturitat' habuit bta ꝑgo. de q̄ dr Lu. ij. Maria ꝑseruabat oīa ꝑba hec cōferēs in corde suo. Scḋa antiq̄tas est illa quā facit vite sanctitas. iuxt illud qd̄ in pallegato c. hz. ꝝ. Et etas senectut' vita īmaculata. Et ista etiā antiquitatē habuit: quia fuit sine macula. Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea: et macula nō ē in te. Tertia est quā facit morū gnitas et honestas. vnd̄ de tali sene dr Sap. iiij. Cōsummat⁹ i breui expleuit tpa mlta. et abidē. Senect⁹ em̄ venerabilis ē nō diuturna neq; nūero ānor cōputata. Et iō de iuuene ꝑfecto sene moribꝫ dr Job. xlj. Existimabit abyssum q̄si senescētē. Diabol⁹ em̄ magꝫ timet et pl⁹ dolet cū videt iuuenē i abysso humilitat' et aliaz ꝑtutū imersum: q̄z cū aspicit senē eisdē ꝑtutibꝫ redītū. Et ideo sp̄ valde timuit beatā ꝑginē: q̄ a ꝓmeua etate fuit īmersa in abysso oīm bonoz moz et sapiētie diuie. Predictū em̄ fuerat de illa Eccl. xxiij. A mari abūdabit cogitatio ei⁹: et ꝓsilū illi⁹ in abyssо magna. Et in eodē .c. ipa inqt. Profundū abyssi penetraui. Et ꝓinter hoc tertio mō antiqua fuit: et ideo sume fructuosa. ¶ Allijs q̄z rōnibꝫ ipa beatissima ꝑgo assimilat' palme. Sicut em̄ palma habet radicis ꝑfunditatē habet em̄ radicē in terrā multū defixā. sic benedicta virgo habuit radicis ꝑfunditatem: id est cordis ꝑfundissimā humilitatē. et ideo deus respexit humilitatē ancille sue Luce. j. Ite sicut palma habet culminis sblimitatē: q̄ est arbor magne ꝑceritat' et altitudis: sed ad cedri altitudinē nō ꝑtingit: vt dr glo. sup ꝑs. Sic beata ꝑgo magnā habz altitudinē meritoz et premioz: iuxta illud qd̄ supi⁹ allegatū est. Eccl. xxiiij. vbi ipa ait. Ego in altissimis habitaui. sz tm̄ nō puenit ad altitudinē cedri .i. xpi. ꝑpt hāc aūt altitudinē de ipa virgine dicit ꝑt illd Can. vij. Statura tua assimilata ē palme. Sic etiā fruct⁹ palme .l. dactili sē suauissimi. ita etiā fruct⁹ brissime ꝑgi nis fuit suauissim⁹. de q̄ ipi ꝑgini dr Luc. j. Bñdict⁹ fruct⁹ vētr' tui. Qui etiā fruct⁹ palme tāto dulcior et saporosior est q̄to īmediatius radijs solis exponit. nō est mīz si fruct⁹ ꝑgial' fuit dulcissim⁹ et sapidissim⁹: cū radijs eterni sol'. i. diuis splēdoribꝫ īmediate sit cōiunct⁹. imo ipe est splēdor glie dīie. Heb. j. Sicut etiā palma ē arbor pulcherrima: vñ Leuit. xxiij. dixit de⁹ filijs isrl'. Die ꝓmo mēsis septimi sumet' fruct⁹ arbor' pulcerrime: ispa tulas q̄z palmaz: et letabimi coā dño deo vro Sic etiā brissima ꝑgo fuit pulcerria. cui dixit ei⁹ celest' sponsus Can. j. O pulcerrima mulier pulcre sūt gene tue etc. Sic etiā palma lōgissimo tpe ꝑdurat: iuxt illd Job. xxix. Sic palma mltiplicabo dies. ita bta ꝑgo nō solū lōgissimo tpe sed in eternū ꝑdurabit. vñ ipa inqt Eccl. xxiiij. Usq; ad futuz sc'm nō desinā. Qz aūt mr dñi nri ielu xpi dr in sacra scptura ciuitas dei. vt ps ps. lxxxvj. iō merito etiā appellat' vrbs palmaz. qz hz oēs ꝑpetes ipi⁹ palme. Felix igit' ille erit q̄ p deuotoz in ista vrbe sp̄ hītabit. Btūs ille de q̄ i morte sua poterit dici illd Judic. iij. Possedit vrbē palmaz. et illd eiusdē li. iiij. c. Sedebat sub palma .i. sb vmbra et ꝓtectōe ꝑgis gliose. et de cui⁹ aīa dici potest illd .ij. Paral. iij. sculpsit i ea palmas. O igit bone ielu q̄ dixisti Nec mie. viij. Afferte ramos palmaz. Cōcede mihi vt tibi obuiā deuote veniā cum ramis palmaz. sic dū adhuc mortal' eēs tibi obuiauerunt pueri hebreoz: Joh. xij. Fac vt deuotio mr̄is tue nūq; a me discedat vt de me dici possit illd Eccl. l. Stetit circa illū q̄si rami palmaz. et illd Ezec. xlj. Palme celatura erat i pariete tēpli. i. aī mei. Nō est aūt mirū si mr̄ tua appellat' palma. Nā et de capillis tuis dr Can. v. Come ei⁹ sicut elate palmaz. Preterea si de q̄libet scō dr ps. xc. Justus vt palma florebit. Quare mr̄ tua sctoz sanctissima et iustaz iustissima taḡ palma excellētissima florуisse nō credat.

Triplex antiq̄tas

Allijs palme assimilat'

¶Qz btā ꝯgo dicit rosa Assimilatio.vj.

Dr Osa dr btissima ꝯgo. vñ ipa inqt Ecci.xxiij. Quasi plātatio rose i hiericho. Hiericho q̄ppe iterpret luna: ꝛ significat eccl'iam militantem: q̄ ad modum lune q̄diu est in p̄tivitate mlt'os defect⁹ hz. In hac g̃ hiericho btā ꝯgo est plātata: q̄z iter nos ꝛ deū est media ꝓstituta. ¶ Rosa aūt pt ꝓsiderari q̄ztū ad sui q̄litatē: amenitatē ꝛ ꝯrutē. Prio q̄litas ei⁹ ē quadrupler. Una est q rosa est frigida in folijs: ꝛ calida in semine: ita q passiones calidas sanat frigiditate foliorꝫ: ꝛ passiões frigidas caliditate seminū. Scda ē q rosa ē aq̄sa ꝛ rozida. i. roze plena. Tertia est q rosa q̄zto pl⁹ cō tractat tāto maior ei⁹ odor sentit. Quarta ē q rosa de spinis nascit ꝛ tñ spinā nō hz nec illa imitat. Et ꝓpt hec ois btissima virgo rose assimilat. Quidā em̄ sc frigidi i amore dei: ristā frigidā passionē ipa sanat dū eorū corda ad dei amorē inflāmat. Et iō dr de illa puer. vlt. Non timebit domui sue a frigoribꝰ niuis. Oēs em̄ domestici ei⁹ vestiti sunt duplicib⁹ Frig⁹ niuis est frigiditas mētis. Cōtra qō frigus ipa suos domesticos. i. deuotos vestit duplicib⁹. i. charitate dei ꝛ prīmi. Quidā ꝯo alij sunt calidi. i. malo igne ꝛ cupie inflāmati. q̄z calidā ifirmitatē ipa sanat. q̄z icis ignē male ꝛ cupie extinguit: ꝛ roze gre refrigerāt⁊ ifundit. Et iō dr Ecci.xlij. Ros obuiās ardori veniēti humilē efficit eū. Secūdo ipa ē tota rozida. i. roze spūssancti plena. vñ angelus ei dixit. Aue gra plena: Lu.j. Istā autē roze diuie gre ab ea excutim⁹ qñ ipam p desideria feruētia exoram⁹. Ista aūt excussio alicui fit calore solis: ꝛ aliq̄n calore ignis. Sol est xps: iuē illud Malach.iij. Uob timētibus nomē meū orieť sol iusticie. Ignis ē spiritussctūs de q̄ saluator ait Lu.xij. Ignē veni mittere in terrā. Nñ g̃ ad ipam vehemēť afficimur ex eo q solē iusticie in suo vtero habuit: tūc ꝯrute sol' ab ea roze gre excutimus. qñ ꝯo ad ipam vehemenť afficimur ex eo q ignis spūssci in eā supuenit ꝛ ei⁹ ꝯrute dei filiū generauit: tūc ꝯrute ignis ab ipa roze gre ꝓpetram⁹. Ista aūt desideria feruētia ipa i nob generat: imo etiā poccupat: iuē illd Sap.vj. Preoccupat q̄ se cupiscunt vt se illis prior ondat. Tertio ipa valde fuit cōtrita. i. tribulatiōibꝰ afflicta. ꝛ quāto maiores sustinebat cōtritiones: tanto maiores reddebat odores. nā in egypto expulsa dedit odorē patiētie. in passiōe filij gladio pforata dedit odorē fidei pfecte. in tribulatiōibꝰ ꝯo quas a iudeis passa ē dedit odorē actiōis gr̃az. nā deoib⁹ suis adūsitatib⁹ gr̃as deo referebat. Possum⁹ q̄z dicere q̄ q̄zto aliq̄s magis ꝛtractat btissimā ꝯginē de ea meditādo: loq̄ndo ꝛscribēdo: tāto maiorē sentit deuotōis odorē. Quarto ipsa fuit de iudeis p pcm̄ spinosis nata: sed tñ ipa nūq̄z fuit aliq̄ pctō ifecta: nec eoz mores ē imitata. vñ canit eccl'ia i q̄dā officio q̄ vrūť aliq̄ religiosi. Sic̄ spina rosā genuit iudea mariā. Judei em̄ erāt superbi: sz maria hūillima. iudei erāt vicijs pleni: et ipa gr̃a plenissima. iudei erāt terrena appetētes: ꝛ ipsa celestiū auidissima. iudei erant luxurie dediti: ꝛ ipa castissima. Seruauit nāq̄z ꝓsiliū patris sui Dauid sibi dī. ps.xlviij. Audi filia ꝛ vide ꝛ obliuiscere ppl'm tuū ꝛ domū p̄is tui. Domū ei p̄is sui ꝛ ppl'm suū ē oblita: q̄z ei⁹ mores ñ fuit imitata. Fuit etiā ista rosa nata de Eua spinosa: sz ei⁹ naturā nō est imitata. vñ Bern̄. in quodā ser. inqt. O ꝯgo virga nobilis: ꝯga iesse p quā i ramo ꝓualuit q̄ perierat in radice. Radix amaritudis eua: ramus ergo dulcedis maria. Mirāda ꝛ pfundissima dispēsatio diuie sapie q̄ tal' ꝯga nascit de radice tali: tal' filia de tali mre: tal' libras de tali fuitrute p̄scpta: tal' ipatrix de tali caprina: de tā sicca spina tā florēs rosa. ¶ Scdo rosa pt ꝓsideriari q̄ztū ad suā amenitatē. Ipa em̄ ex sua amenitate delectat visum: olfactū: gustū: ꝛ tactū: vt dr Plin⁹ li.xx. natural' hysto. Et sil'r btā ꝯgo delectat nos q̄ztū ad spūalē visū sua pulchritudie: q̄z ei⁹ spes ē valde gratiosa vñ i ei⁹ figura dr Hester.ij. Erat pulcra valde ꝛ credibili pulcritudie ꝛ oīm ocul' gratiosa ac amabil' videbať. ꝛ.xv.c. etiā dr. Ipa aūt roseo colore vultū pfusa: ac gratis ꝛ nitētibꝰ ocul' ꝛc. Delectat etiā āgelos q̄ facies est valde gliosa. vñ ps.xlviij. dr ei. Vultū tuū deprecabunť oēs diuites ple. Diuites em̄ pleb sūt āgeli: q̄ p ceteris hñt diuitias regni celoz. Delectat q̄z ipm xpm: q̄z ei⁹ facies ē valde speciosa. vñ in pallegato ps. ei dictū fuit. Concupiscet rex decorē tuū. Ipe em̄ Laū.ij. illi inqt. Oñ de mihi facie tuā: sonet vox tua i auribꝰ meis. vox em̄ tua dulcis ꝛ facies decora nimis Et ꝓpt ista tria dr ei illd iudith.xv. Tu gla hierl'z. i. xp̄i q̄ ē pax nr̄a: ad Eph.ij. Tu letitia isrl'. i. angeloz q̄ i celo sp videt facie pat̄ Matth.xviij. Tu honorificētia populi nostri. id est generis humani. Nā ome hoium genus in terris sil' consurgit ab ortu ꝛc. vt ait Boeci⁹ in.iij. de ꝓsola.c.xij. Oēs em̄ homines trahunť origine ab ada: Ecci.xlix. et iō dicunť h̄ respectu vnus ppls. In visiōe q̄

E Rosa est amena

Rosa delectat olfactum

facei brē ꝟgis xp̄s gl̄iak: angel⁹ letak ⁊ huma nū gen⁹ honorak. Sc̄do delectat spūalē olfactum p̄ suī odoris imēsitate. de quo odore dr̄ Lañ. iiij. Odor vestimētoꝝ tuoꝝ. i. fructum sicut odor thuris. qz ⁊ deo fuit gratū sacrificiū ⁊ recreauit aīum nr̄m. De isto etiā odore dr̄ ps. xliij. Myrrha ⁊ gutta ⁊ cassia a vestimēt̄ tuis ⁊c. Myrrha em̄ q̄ ē amara significat castitatē siue carnis mortificatiōez. gutta q̄ tumores frāgit sigficat hūilitatē. cassia ꝟo q̄ in aḡs nascit̄ significat fidē: q̄ in baptismo p̄cipit̄. Iste nāqz tres fructes fuerūt i ipa valde odorifere. Nā castitas siue ꝟginitas fecit odorē āgelo: hūilitas deo: ⁊ fides ei⁹ odorē fecit toti mūdo Tertio delectat spūalē gustū sua suauitate. vñ ipa inqt Eccl̄i. xxiiij. Qui edūt me adhuc esurient: ⁊ q̄ bibūt me adhuc sitiēt. Ipa em̄ reficit mēoriā cogitatiōibꝫ sctis: intellectā intēriōibꝫ rectis: ⁊ volūtatē affectiōibus mūdis. ⁊ iō dr̄ Eccl̄i. xv. Cibabit illū pane vite ⁊ intellect⁹: ⁊ aq̄ sapie salutar̄ potabit illū. Ipa nanqz cibat memoriā panevite qñ in talibꝫ cogitatiōibꝫ eā reficit. ⁊ intelligentiā pane intellect⁹ qñ rectis intēriōibꝫ eā pascit. ⁊ volūtatē potat aqua sapie salutar̄ qñ sapidis affectiōibꝫ eā nutrit. Quarto delectat spiritualē tactū sua humānitate ⁊ lenitate. Unde. inqt. Quid ad mariā trepidat accedere humana fragilitas ⁊ nihil austez in ea: nihil terribile inuenies: tota suauis est. Qr̄ igit̄ ē ita suauis: ab oīb⁹ est q̄rēda: arripiēda ⁊ amplexāda. Querēda p̄ meditatiōez: iux̄ illud Sap. viij. Hāc amaui ⁊ exq̄siui a iuuētute mea. Arripiēda ꝟo est p̄ imitatiōnē. ⁊ āplexāda p̄ deuotiōez. ⁊ ideo dr̄ Prouer. iiij. Arripe illā ⁊ exaltabit te: ⁊ glificaberis ab ea cū eam fueris amplexat⁹. Dabit capiti tuo augmēta gratiaꝝ: ⁊ cozona iclita p̄teget te. Propt̄ ista aūt oia canit eccl̄ia. Speciosa facta es et suauis in delicijs tuis sc̄a dei genitrix. Per hoc em̄ q̄ dr̄ speciosa notat̄ q̄ ipa delectat spiritualē affectū. Per h̄ q̄ dr̄ ⁊ suauis: notat̄ q̄ ipa spūalē delectat gustū. p̄ hoc ꝟo q̄ dr̄ sc̄a dei genitrix: notat̄ q̄ ipa delectat spūalē olfactū. In h̄ em̄ q̄ dei genitrix fuit i vtero suo balsamū padisi habuit. ⁊ iō tota odorifera fuit.

Virtus Rose

¶Tertio rosa p̄ consideraī q̄ztū ad suā ꝟtutē signidē ex rosis aliqñ fit electuariū: aliqñ dolcū vel colirioū aut emplastrū: ⁊ diuerse p̄parationes ꝺ diuīsas infirmitates. Maxie aūt hz rosa ꝟtutē sup̄ q̄drup̄licē infirmitatē. Ipa ē stomachū ⁊ cor̄ confortat: fluxū vētris refrenat: oculos clarificat: ⁊ dolorē capit̄ sanat: vt dr̄ li. de p̄p̄e. re. qs ꝟtutes rose cū mlt̄ alijs ponit Plin⁹ vbi. s. ⁊ silr̄ btā ꝟgo cor̄ confortat dādo caritatē dei: q̄ ītātū cor̄ fortē facit vt ppt̄ xp̄m vitā etiā pulsēdat ⁊ mortē libēter sbeat iux̄ illd Lañ. viij. Fortis ēst mors dilectō. vñ Aug. inqt. Qia seua ⁊ imania: facilia ⁊ ppe nulla facit amor. Ipa q̄z fluxū pctōz refrenat dādo timorē: q̄ pctā vitare facit: iux̄ illud p̄uerb. xv. In timore dñi declinat oīs hō a malo. Ipa q̄z oculū itellect⁹ clarificat dādo diuinoz cognitiōez. q̄ q̄dē cognitio oculū mēt̄ illuiat: iux̄ illd ps. Declaratio sermonū tuoꝝ illuiat. ⁊ itez. Preceptū dñi lucidū illuminās oculos. Ipa etiā caput mētis (q̄ ē spes) sanat qñ spem nr̄am repidā ad celestia desideria sbleuat. Qz em̄ spes sit caput mēt̄ pbat̄ p illd j. Thes. v. Et galeam spem salut̄ assumite. Propt̄ ista ār oīa dr̄ Eccl̄i. xxiiij. Ego mater pulcre dilectiōis. Ecce q̄ cor̄ confortat p charitatē. ⁊ timor̄. Ecce q̄ fluxū virioz restringit p timorē. ⁊ agnitiōis. ecce q̄ spūalē vilium clarificat p diuinoz illuiatiōez. ⁊ sctē spei. ecce q̄ caput mētis sanat p spei sblenationē. Pro cōclusiōe aūt huiꝰ ptis dico q̄ btā ꝟgo fuit illa rosa de q̄ exponi posset illd Virgilij in eulice di. Et rosa purpureo crescit rubicūda colore Sp em̄ fuit q̄li rosaꝝ flos in diebꝰ vernis: Eccl̄i. l. Seruauit nāqz documētū qđ i eiusdē li. xxix. c. hī. vbi dr̄. Quasi rose plantate sup̄ riuos aq̄rū fructificate.

Qz btā ꝟgo dr̄ oliua. Assimilatio. vij.

Latissima virgo p oliuā figurat. E

b Oliua em̄ ꝺsideraī p̄ q̄ztū ad arborē ⁊ q̄ztū ad fructū ⁊ q̄ztū ad liq̄rem. Quātū ad p̄mū est sciēdū q̄ oliua est viriditat̄ cōtinue: ē signū recōciliatiōis facte: est signū victorie assecute: ⁊ ē fecūda i sobole. Et q̄ztū ad ista q̄ttuoꝝ oñdit̄ de beata ꝟgine q̄lis fuit q̄ztū ad sciām ⁊ q̄ztū ad deū: ⁊ q̄ztū ad dēmōes ⁊ q̄ztū ad nos. Primo igit̄ oliua est viriditatis cōtinue: qz viret in estate: i hyeme: in vere ⁊ in autūno. ⁊ q̄ztū ad h̄ oñdit̄ de btā ꝟgie q̄lis fuit q̄ztū ad le. viriditatē sue sc̄itat̄ nūqz amisit: nec i estate cōsolatiōis: nec i hyme tribulatiōis. vñ dicere potat illd Job. xxvij. Donec deficiā nō recedā ab innocētia mea. Justificatiōez meā quā cepi tenere nō deserā. Tenuit etiā viriditatē sc̄itat̄ ivere iuuētut̄ ⁊ i autūno senectut̄: qz eūdē fructū quē hūit i iuuētute fuauit in senectute. vñ p̄t sibi conuenire illd Deut. xxxij. Sic dies iuuentut̄ tue ita ⁊ senect⁹ tua. Secūdo oliua ē signū recōciliatōis facte. vñ dr̄ i hystoriis romanoꝝ q̄ qñ legati romanorum mittebant̄ p̄ pace facienda: portabant ramos

Oliua arbor

Oliua est signū recōciliatōis

olīnaꝝ: put etiā refert Jsīd. xvij. ethymō. Et q̄tū ad hoc oñ dik̄ q̄lis fuit beata ỹgo q̄tum ad xp̄m. qz ipm nob̄ recōciliauit. Un i signū huj⁹ recōciliatōis facte āgeli in ej⁹ pturitiōe cātauer̄t Glia i excelsis deo: z in terra pax hominib⁹ bone volūtatis. Lu. ij. Hec est illa mulier sapientissima q̄ recōciliauit Dauid filio suo. ij. Reg. xxiiij. z q̄ deū recōciliauit generi hūano. hec ē illa colūba innocētissima: q̄ portauit in archa Noe ramū olīe virentib⁹ foliis in ore suo: Ben. viij. trāssumptiue in. c. vnico. §. qz ỹo. de sa. vnc̄. p hoc indicās deū hoī esse recōciliatū. Tertio olīua est signum victorie assecute. Nā olim apud athenas victores ramis olīnaꝝ cōsueuerāt coronari. sic dr Plīn⁹ li. xvij. naturalis hystorie: z ponit etiā in li. de ppe. rer. Et q̄tū ad h oñdik̄ q̄lis būta ỹgo se habuit q̄tū ad dēmōes: qz eos superauit z vicit. Jpa q̄ppe. z triuit caput diabolice suggestiōis: iuxt illd Ben. iij. Jpa cōteret caput tuū. Jtē. z fudit astutiā sue receptōnis: iuxt illd Judith. xiij. Una mlier hebrea fecit z fusionē i domo nabuchodonosor. Jtē eiecit eū a dño sue ptātis: iuxt illd Judith. ix. Erit memoriale nois tui cū man⁹ feie dieceri nt eū. Quarto olīua est fecunda in sobole: qz multas nouellas plātatōes generat. z q̄tū ad h oñdik̄ q̄lis sit beata ỹgo q̄tū ad nos Jpa em̄ tāq̄ mlier fecūda mltos filios generat in fide z gra. vñ dicere p̄t cū ppha ps. lij. Ego aūt sicut olīua fructifera in domo dei. ꝛc Jtē ei dici p̄t illud ps. cxxvij. Filij tui sic̄ nouelle olīnaꝝ i circūitu mēse tue. Jpa z filios ꝙs generat postea secū i mēsa cibat: iuxt illud Ecc̄i. xv. Cibauit illū pane vite z intellect⁹. Jpa em̄ cibat intellectū dei cognitiōe z affectū dei timore: q̄ amor est vita aīme. Sc̄do olīua ꝙsideraī q̄tū ad fructū. Sc̄m aūt Jsī. vbi s. fruct⁹ olīue p̄mo rubescit: postea viresc̄it: deīnde nigresc̄it. Et silr būta ỹgo fuit rubea p charitatē: viridis p ỹginitatē: z nigra p hūilitatē. iuxt illd Can. j. Nigra sum: ecce nigredo hūilitat⁹. sz formosa: ecce viredo ỹginitatis. sicut pelles salomōis: ecce rubedo charitatis. Uel p̄t dici q̄ fruct⁹ ist⁹ olīue fuit xp̄s q̄ fuit viridis i tota sua p̄ssatiōe: iuxt illd Lu. xxiij. Si i viride ligno h̄ faciūr: in arido q̄d fiet? Fuit etiā rub⁹ in passiōe. vñ angeli dixerūt ei i ej⁹ ascēsiōe illd Jsa. lxiij. Quare rubrū est indumētū tuū? Fuit aūt niger i more: iuxt illd Apoc̄. xvj. Sol fact⁹ est niger. ꝛc. ¶ Tertio olīua ꝙsideraī q̄tū ad liq̄rē. De q̄ liquore sic dr Jsīd. xvij. li. ethy. Surgit oleum ex amaritudine radicis in pabulū luis i refectiōz eluriēt⁹ z in medicinā vulner⁹. Si igit oleū olīue ē valde vtile mortalib⁹: nā in lucernis ponit ad illuminādū z ad ignē nutriēdū: z lāguidis mēbris apponit ad medēdū: z cibis addit ad ꝙdiēdū. Sic oleū beate ỹginis. i. pietas ej⁹ illuīat tenebrosos in dei agnitōe. vñ appellat mater agnitōis Ecc̄i. xxiiij. qđ q̄ dē facit luīe sue gre. z iō ipa inq̄t i p̄dicto. c. penetrabo inferiores p̄tes terre: z inspiciā oēs dormiētes: z illuīabo oēs sperātes i dño. Jpa ꝙz curat lāguidos z sanat vulneratos medicina sue mīsericordie: iuxt illud Ecc̄i. xxiij. Medicina oīm in festinatōe nebule. i. in festina mīsatiōe marie. Possum⁹ etiā dicere q̄ eos ꝙsolidat dei timore q̄ expellit p̄tm̄ Ecc̄i. j. ꝙctm̄ aūt est lāguor aie. Et p̄p hoc ipa dr mr timoris Ecc̄i. xxiij. Jpa ꝙz cibat z nutrit suos devotos multiplici ꝙsolatiōe z satiat famelicos dulcedine gre z visitatiōis sue: iuxt illud Proū. vlc̄. De nocte surrexit z dedit predā domestic̄ suis: z cibaria ancillis suis. Immo nos oēs inuitat di. Ecc̄i. xxiij. Trāsite ad me oēs q̄ ꝙcupiscit⁹ me: z a generatiōib⁹ meis adiplemi. ¶ Nō imerito igit olīua significat misc̄diam btē ỹgis. vñ ipsa inq̄t Ecc̄i. xxiiij. Quasi olīua speciosa i campis. Et q̄b⁹ ỹbis hz q̄ ipa hz misc̄diaz excellentē cōgruētē z patētē. Primo aūt hz misericordiā excellētē. z h̄ patz p h̄ q̄ vocat olīua sicut em̄ oleū supeminet oīb⁹ liq̄rib⁹. z si ib⁹ ponat supnatat. sic misc̄dia brillsime ỹgis supeminet oīb⁹ alioz sanctoz mīsatiōib⁹. vñ de ipa exponi p̄t illd Ecc̄i. xxviij. Misericordia hoīs. s. cuiuslibet alter⁹ circa primū suū. Mīsericordia aūt ei⁹ sup oēm carnē. Sc̄do hz misc̄diam ꝙgruētē. qz tūc marie misc̄dia exhibet q̄n maior necessitas iminet. q̄d notatur p hoc q̄ dr speciosa. q. sicut dr Ecc̄i. xxv. Speciosa est misc̄dia i tpe tribulatōis. Tertio hz misc̄diam cōem z patētē. q̄d notat per hoc q̄ dr in cāpis. Ad olīuas em̄ hortoz nō p̄z oīb⁹ ingressus. ad olīuas aūt campoz oīb⁹ est accessus. Quidā em̄ scī sunt sic olīue hortoz: qz tenent misc̄dias suas clausas: eo q̄ digni nō sum⁹ eas recipe. Būta aūt ỹgo habet mīsericordias oīb⁹ cōmūes z aptas. Et ideo ipa oēs inuitat ad suā mīsericordiā di. illud Proū. ix. Uenite comedite panē meū: z bibite vinū. s. mīsericordie mee. z illud Jsa. lv. Oēs sitientes venite ad aquas. ꝛc. ¶ Potetiā dici q̄ p hoc q̄ dr: q̄si olīua speciosa in cāpis: denotat q̄ ipa habet mīsericordiā naturalem totalē z vniuersalē. Primo em̄ habet misc̄diam naturalē: q̄d notat cū dr: quasi olīua

Olīua signum victorie

Olīua ē fecunda sobole

Fructus olīue

Liquor olīue

Triplex misc̄dia marie

Maria hūit mīsericordiā naturalē totalez z vniuersalē

Sermo. I. Maria platanus ⁊ cynamomū

Sol⁹ em̄ de⁹ est p̄e oliua. i. ſpa miſcdia: qz ipi natural est ⁊ pp̄ria miſeri ſp ⁊ pcere: vt cant ecclia. btā aut ẏgo ē q̄ſi oliua. qz intātū est miſereri aſſueta ⁊ ad miſcdias ita pōpta q̄dām⁹ est dei ſimillima. Scdo hz miſericordiā totalē. qđ notat p h̄ qđ dr: ſpeciosa. qz in oi ſui pte est pulchra. ſ. i ramis i foliis ⁊ i fructu. Alīq̄ em̄ hīt miſcdiam in ramis. i. i corde p affectū cōpaſſiōis. Alīj ẏo i foliis. i. i ẏbis p effectū ẏolarōis. Alīj aūt i fructu. i. in ope p effectū exhibitōis. Virgo aūt Maria est oliua ſpeciosa: qz hz miſcdiaz in corde exhibēdo materne cōpaſſiōis affectū. ⁊ in ore p nobis aduocādo apud deū. ⁊ in ope exhibēdo nobis ſue miſeratiōis auxiliū. Tertio habet miſcdiam vniuerſalē. qđ notat p h̄ qđ dicit. in campis. Sūt em̄ q̄dā ſcti q̄ vident hīe miſericordiā ſpecialē. qz alīq̄bo ſubuenīūt: ⁊ alīq̄b⁹ nō. Alīj ẏo ꝑticularē: qz ſup alīq̄bo infirmitatib⁹ vident accepiſſe a deo prātē curandi: vel in certis gratijs ſubuenīēdi. ſic beatus Anthoni⁹ ſup aduſtiōe cuiuſdā ignis. Et ſanct⁹ Leonard⁹ ſup inclusos i cuſtodia carceris. ⁊ hmōi. Quidā ẏo ſancti videt̄ habere miſericordiā localē. qz maioza bñficia p̄eſtant in aliquibo locis. ſicut in loco ſue ſepulture: vel vbi reliquie ꝑſeruant. Quidaz aūt tēporalē: qz aliquibo tēporibo magis ſubueniūt. ſicut ptz in martyrib⁹ ⁊ i alijs ſanctis q̄ tpe ſue paſſiōis vel canonizatiōis: qñ. ſ. efficiunt nouī xp̄i milites ſunt ſe inuocātib⁹ magis liberales. Miſcdia aūt bñdicte ẏgis est ſicut oliua in campis: qz oībus est vniuſalis atq̄ cōis oībus plonis: ſup oībus mozbis curandis ⁊ gratijs cūctis ꝓcedēdis: ⁊ in oībus locis atq̄ tpib⁹. ¶ Possum⁹ etiā dicere q⁹ beatiſſima ẏgo aſſimilat oliue mīstris alijs ex cauſis. Nā oliua in arboze ſiue lig̃ hz ſoliditatē ⁊ ſilr ipa fuit valde ſolida in fide. vñ de illa dicit p̄t illud Eccl. l. Quaſi vas auri ſolidū: ⁊ ſicut lignū olive est imputribilis puritatq̄ ſic ipa fuit imputribilis ⁊ puriſſima i carne. Fuit nāq̄ illud lignū de q̄ dr Iſa. xl. Lignū imputribile ſibi elegit artifex ſapiens. Itē ſicut oliua in medulla est multe humoziſitatis. ita ipa fuit plena humoze gratie in mēte: iuxta illd Lu. j. Aue gratia plena. Itē ſicut oliua habet i fronde viriditatē (nā vt. s. dixim⁹: folia olive semp virēt) ſic folia. i. verba bē ẏgtis semp fuerūt virida. i. virtuoſa. In omi em̄ ẏbo ſuo viroz ẏtutis apparuit. Eius em̄ pudēcia apparuit in inq̄rēdo: qñ dixit ag̃elo. Quō fiet iſtud ꝛc. Lu. j. Humilitas aūt in cōſentiēdo: qñ dixit. Ecce ancilla dñi ꝛc. ibidē. Deuotio aūt in laudādo deū: cum ait Magnificat aīa mea dñm: ibidē. Dilectio charitatis in q̄rendo: qñ dixit. Fili quid fecisti nobis ſic? ego ⁊ pater tuus ꝛc. Luce. ij. Pietas in cōpatiēdo: cū dixit. Vinū nō habent: Joh. ij. ⁊ ſic de alijs eius verbis. Itē ſicut oliua habet in floze ſuauitatē. nam flozes eius ſuauiter redolēt. ita flozes beate ẏginis id est ei⁹ mozes odoze honeſtatis plurimū redolebāt. Nam tāta flozebat ipa virgo mozū honeſtate vt in eius aſpectu oīs tēptatio carnalis ab eā inſpicīēte fugaret. ſicut ait Hieronym⁹. Et ideo de illa dici pōt illd Job. xv. Ceret quaſi oliua pūcies flozē. ⁊ illud Aggei. ij. Lignū olive flozuit. Sicut etiam oliua habet in fructu vnctuoſitatē. ⁊ quāto olive sunt nigriozes exteri⁹. tāto sunt maturiores ⁊ vnctiozes interi⁹: ⁊ ad exprimēdum ex eis oleū sunt apriozes. Siliter fruct⁹. i. opatiōes btiſſime ẏgis: q̄uis exteri⁹ nigreſcerēt p humiliationē: tamē interius habebāt īmēſam gratie ⁊ deuotōis vnctionē. Et ideo oēs debem⁹ hocoleo vngi: vt de quolibet noſtr̄ verificet illud pſ. cij. Ut exhilaret faciē ei⁹ in oleo. trāſumptiue in. c. vnico. §. quia ẏo de ſacra vnc. Ue aūt illi de quo verificat illd Deut. xxiij. Oliuas habebis: ⁊ illis nō vngeris. Beati aūt illi qui dixerūt huic oliue. Impera nobis: Judicū. ix. Dec est em̄ oliua pullulās: Eccl. xxiij. Nō solū aut̄ ipa dicit oliua: ſed etiā eius filius. Vñ de ambob⁹ dici potest illud Zach. iij. ⁊ Apoc. xj. Hi sunt due olive. Quia igit dñs noſter de hac oliua nat⁹ est: potest dici de eo illd Osee. xiij. Erit quaſi oliua ram⁹ eius. Et ꝓpter ea de illo ꝓphetatū fuit Zach. xiij. vbi dr. Stabūt pedes eius sup montē oliuarū: qui est ꝓtra Hierusalē ad orientē. In ipo etem̄ monte oliueti ieſus libēter morabat: vt patz Matth. xxvj. Marci. xj. ⁊ Joh. viij. O igit amenissima oliueta. ſ. xpi ⁊ beatiſſime ẏginis. Et beati illi de quib⁹ dici poterit i eoz morte illd Neemie. ix. Possederūt oliueta ⁊ ligna pomifera. Istis autem dici potest illud Deut. vj. ⁊ Josue. xxiij. Dedit vobis deus oliueta que nō plātaſtis. O igitur domine de⁹: qui precipis nobis illud Neemie. viij. dicen. Afferte frondes oliuaz. fac vt in me verificet illd Deut. viij. vbi populo Iſrael dictū est. Introducet te domin⁹ in terrā in qua nascunt olive. Si em̄ me in hoc oliueto ſemel intraduxeris: tantū nō ſolū de frondibus: ſed etiā de oliuis colligā: q̄ tibi placitū ſacrificiuz de ipis q̄tidie offerā.

Maria oliua alijs rōib⁹

¶Q, beata virgo dicitur platan⁹

Assimilatio.viij.

M Platano assimilat ꝙgo bñdicta p/
p mo rõne adaq̃tiõis.qz sicut plata
nus optime crescit iux aquas sm
illõ Qui.i.j.de reme.amo.Quã
platan⁹ riuo gaudet:qz popul⁹ vnda.Et qz
limosa cãna palustris humo.Ita beata ꝙgo
optime crescit iux aquas diuie gre.r iõ illis
ꝙsib⁹ nos addere possum⁹ r dicere.Gratia
sic sanctã fouit diuia martã.Et ppt hoc ipa
inqt Eccl.xxiiij.Quasi platan⁹ exaltata iux
iux aquas.Scdo assimilat platano rõe eqtio/
nis.qz sicut platan⁹ lz ascẽdat in altũ:iux illõ
Virgiliꝫ i culice.Nã pmũ pna surgebãt val
le patẽtes Aere platanus.tñ ad altitudinẽ
cedri lybani nõ ascẽdit:iux illõ Ezech.xxxj.
Et platani nõ fuerũt equales frondib⁹ illi⁹
trãssumptiue in.c.pncipiũ.de pe.di.ij.Sic
btã ꝙgo lz i altũ ascenderit pturũ oĩm sybli/
mitatẽ:ñ tñ pucit vsqz ad altitudinẽ cedri.i.
filij sui.Tertio assimilat platano rõne insertio
nis.qz sicut platan⁹ lz de se sit sterilis:tñ si in
serat facit bona poma:iux illõ Virgiliꝫ in.ij.
georgꝫ.Et steriles platani malos gessere va
lẽtes.Sic brissima ꝙgo lz ppt votũ ꝙgini/
tatis esset sterilis:tñ p insertionẽ spũssti pro
duxit ex se r protulit in vtero suo pomũ dulcis
simũ padisi.Quarto assimilat platano rõe di/
latatiõis.s.foliorũ.Platan⁹ em̃ est arbor sic
dicta ppt latitudinẽ foliorũ:vt ait Jsiõ.xvij
li.ethym.eo q ei⁹ folia sunt patula r ampla.
Nã platos grece planũ dr latine.Folia aũt
ꝙginis bñdicte.i.ei⁹ ꝓtutes q̃by ornata fuit
ei⁹ vita:fuerũt patula p exẽplũ:r ampla per
meritũ:r tñ plana.i.hũilia p despectũ.qz qn
tũcũqz esset gra r ꝓtutib⁹ plena:tñ se sp hũi/
liabat r despiciebat q̃cũlla dei se vocãdo.Qui
to assimilat platano rõne cõpleriõis.qz plata/
nus est arbor frigida r sicca.dr in li.de ppte
re.r btã ꝙgo ab oĩ ardore auaricie frigida
fuit:r ab oi humore concupiscẽtie sicca.qz terre
na toto corde despexit.r nihil in se concupiscen
tie habuit.Sexto assimilat platano rõe cura/
tiõis.Nã folia platani ad curãdas passiões
calidas r hũidas ifirmitatũ sũt valde vtilia
qz hũore desiccãt r calorẽ repant:reuma istrin
gũt r ɔ tumorẽ calidũ oculoꝝ iuuãt:sm Dia
sco.put etiã ponit in li.de ppe.re.r a Plinio
in.xij.li.natural hysto.Silr etem̃ folia btẽ
ꝙginis.i.ei⁹ ꝓba qñqz ardorẽ auaricie tẽpe/
rant.sicut qñ dixit in suo cantico.Esurientes
ꝓplenit bonis rc.qñqz ꝙ humorẽ luxurie de/
siccãt:sicut qñ dixit angelo.qm̃ vix non co/
gnosco:Luc.j.Qñqz etiã fluxũ reumatũ.i.
cogitationũ:coartãt.Nã velut reuma capi/
tis ad inferioza fluẽs est cogitatio mẽtis ad
iferioza rendẽs.quã ꝙgo bñdicta suo ꝓbo et
exẽplo ad supioza revocat r restringit dicẽs.
Magnificat aĩa mea dñz.Et exultauit spi
ritus me⁹ i deo salutari meo.Dicit em̃ i deo r
nõ i mũdo.Jtẽ ɔ tumorẽ.i.superbiã iuuãt ei⁹
ꝓba cũ dr.Fecit potẽtiã in brachio suo:dissi/
pit superbos rc.r exposuit potẽtes de sede rc.
Dic qz vnicuiqz superbo illõ Job.xv.Quid
re eleuat cor tuũ r qũ magna cogitãs arroni/
tos hab es oculos?Quid tumet cõtra deum
spũs tuus.

Q, beata ꝙgo dr cynamomũ Assimilatio.ix.

Cynamomo assimilat virgo brissima
C que Eccl.xxiiij.inqt.Sicut cyna ¶
momuz r balsamũ aromatizans
odorẽ dedi.Est aũt cynamomum
spẽs sicca calida r aromatica:sm Diascoz et
Platearũ.put etiã ponit in li.de ppe.re.de
qua specie fit mẽtio i.l.ff.de publica.Et silr
ipa fuit sicca in carne p tẽperãtiã r parcitatẽ.
calida in aĩa p feruorẽ r charitatẽ.r aromati
ca i vtroqz ppt mũdiciã r puritatẽ.¶Est ãt Cinamo
sciẽdũ q cynamomũ cognoscit p ḡnqz signa mũ cog/
qñ est bonũ.ppter que virginẽ bñdictã me/ scit p.v.
rito repũtat.Primo ex colore:qz nõ debet eẽ
pallidũ nec nigrũ:sz subruffum:vt dr in lib.
de ppe.re.Et silr btã ꝙgo nõ fuit pallida per
vanã gloriã:nec nigra p aliqua⁹ peri maculã:
sed subruffa p charitatẽ succẽsam.iuxta illud
qõ inqt Dieron.in sermone assumptiõis di.
Tota ipam incãduerat diuin⁹ amor:totaqz
repleuerat spũssti gratia:vt in ea nihil esset
quod mũdan⁹ violaret affect⁹.sed ardor con
tinuus ac pfusi amorꝭ ebrietas rc.Secũdo
cognoscit ex odore.quia ex sua aromaticita/
te multũ ɔfortat cerebrũ r fluxũ restringit:vt
dr i pdicto li.de ppe.re.Et cerebro aũt fluunt
sensus r mot⁹.Odor igit sctitatis btẽ ꝙginis
ɔfortat virtutẽ motiuã:dũ ea allicit ad bene
opandũ.cõfortat etiã ꝓtutẽ affectiuã dũ illã
inflãmat ad diligendũ.Jtẽ virtutẽ itellecti/
uam dũ eam illuminat ad cognoscẽdũ.Jste
etiã odor sue sctitatis restringit fluxũ carna/
litatꝭ:r iõ assimilat odori thurꝭ cui⁹ ꝓtute restri
git fluxus reumatꝭ.vñ ei dr Can.iiij.Odor
vestimẽtoꝝ tuoꝝ sicut odor thurꝭ.Tertio cog/
scit cynamomũ ex sapore.qz appetitũ acuit.
r iõ i sallamẽtis poni ɔsuescit.r silr btã ꝙgo
inflãmat nim̃ xlideriũ r acuit appetitũ.vñ
Eccl.xxiiij.ipla inqt.Qui edunt me adhuc
esurient rc.Quarto cogscit ex subtilitate gros

sum cū cinamomū nō est bonū: sed sbtile. vt dr in. d. li. de ppe. re. Et sil'r btā ygo nō fuit grossa p supbiā: sz sbtilissima p maximā hūilitatē. vñ illi dixit dns Ezech. xvj. Indui te sbtilib⁹. Sbtilib⁹ ei cā vestiuit qñ dedit ei hūilitatē i corde: z mānsuetudinē in ɔuersatōe. Cynamomū cē in b figurat hūilitatē ipi⁹ ygis: qz situ breui nascit ramo hūili ac depsso: vt ī qt Solin⁹ i li. de mirab. mdi. Quito cognscit cynamomū ex fructe. Qñ cū est bonū ac laudabile habet mltiplicē frutē: vt dr ī pdic. li. de ppe. re. de q etiā tractat Plin⁹ li. xij. natural'hyst. z valet maxime ɔ labiorū defectū. i. pcā locutionū. Jsta aūt locutionū vulnera sanat b. ygo sua locutiōe moderata. Oia ei suauia fuerūt nrōz vulnez medicina: z nrāz locutionū exēpla. Jpa ei fuit discreta in inq rēdo: hūilis i obedīcdo z pia i cōpatiēdo: vt declarauim⁹ in. vij. pte hui⁹ ser. Jtē fuit curialis i salutādo: qñ salutauit Elizabeth Lu. j. fuit grata in regratiādo: qñ. s. xpi bñficia recognōscēs regratiata est deo dī. Magnificat tc. Jtē fuit moderata i repbēdēdo qñ (vt habet Lu. ij) dixit. Fili q̄d fecisti nob sic? Fuit q̄q sapiēs in ɔsulēdo: qñ mīstris nuptiaz dixit Odūq; dixerit vob facite Joh. ij. Propter istas aūt ppetates qs hz beatissima ygo dic de illa sponsus ei⁹ celestis. Fistula z cynamomū cū vnīūsis lignis libani tc. Jpa q̄q suo sponso dicere pt in bonū illd puer. vij. Alspsi cubile meū cynamomo.

¶Q, btā ygo dr balsamū Assil'atio. x.

Arissima ygo assil'at balsamo. Est aūt balsamū arbor siue frutex duorum cubitorū in quātitate: simulis q vitī in stipite: in foljs ro rute: vt dr Jsido. xvij. li. ethy. z sicut dr glo. sup. ij. Lan. olim balsamū nasceba t̄ i vineis engaddi: z instar vinee colebat. s. in duob⁹ hortis regijs. q̄z maior. xx. iugez erat. vt etiā inq̄t Plin⁹ lib. xij natu. hyst. Sz (sic legit i q̄dā hystoria) facta captiuitate iudeoz Cleopatra regia illas vites i egyptū trāstulit: z i q̄dā cāpo vbi fr. vij fontes ipas plātauit. Jn vno q̄rū fontiū dicta ygo dū in egyptū fugeret dr lauasse puerū ihm z fascias z alia lintheamina q̄b⁹ inuolueba t̄ ei⁹ corp⁹. Un dicunt ille vites ñ ferre fructū nisi a xpianis solū mō excolant. z si ad aliū locū portent. z ibi plātent nō appbēdūt nec radices faciūt nisi cū pdicti fontis aq̄ balneent. z solū ibi tādiu viuūt z fructificāt q̄diu cū pdicta aq̄ nutriūt. Sic aūt dr glo. super Ecci. xxiij. oia q̄ in balsamo sunt fructosa sunt. s. lignū: fructus z liq̄r. de q̄ fructib⁹ posit Plin⁹ vbi. s. z diffuse ponit in li. de p. re. sz breuitatis cā oēs eius ppetates nō refero. Sufficiat aūt in gñali dicere q vt dr Plin⁹ vbi sup: balsamū est arbor tota medicinal'. lignū q̄dē est fructosum z odorifer: fructus fructosior liquor aūt est fructosissim⁹ z suauissim⁹. Et iō bn p balsamū ygo bñdicta significat. qz oia q̄ in ipa fuerūt fructosa z odorifera extiterūt. Per lignū aūt intelligit ei⁹ corp⁹ ygineū. corter ro huius ligni fuit ei⁹ cōuersatio exterior: semē aūt huius balsami fuit ei⁹ aīa bñdicta in terra mūda. i. i carne ygīnea semiata. Dico igit primo q istud lignū i. corp⁹ ygineū in tātū fuit fructosum q deū tetigit ad suū vtez. vnde ipa ygo inq̄t Lan. j. Dum est rex i accubitu suo nardus mea dedit odorē suauitatis. Nardus em̄ est herba aromatica z nigra. de q̄ etiā pcio/sum ɔficit vnguētū. z significat beatā ygīnē cuius corp⁹ fuit aromaticū p odorē puritatis: iuxta illd Eccli. xxiij. Sic cynamomū z balsamū aromatizās odorē dedit. trāssumptiue in c. vnico. §. ad exhibēdū. de sa. vnc. Sed ipsa habuit nigredinē hūilitatis: iuxta illd Lan. j. Nigra sum sz formosa. Jtē plena fuit vngue/tis oim grazz: iuxta illd Lan. j. Trahe me p⁹te in odorē currem⁹ vnguentoz tuoz. Secūdo fructus balsami ē pciosus. est aūt i colore rubicūd⁹: i odore aromatic⁹: z in ter⁹ videt ee mel liflu⁹. z significat btē ygis fructū bñdictū. s. dñm nrm ihm xpm. in q̄ fuerūt tres sbe. s. carore: q fuit in passiōe rubicunda: iuxta Isa. lxiij. Quare rubz ē indumētū tuū tc. z aīa: q̄ fuit aromatica. i. odore oim frutū repleta: iuxta illud Lan. iij. Sic virgula fumi ex aromatibus. z diuitas q̄ est dulcedo z suauitas nra: iuxta illd Eccli. xxiij. Spūs me⁹ sup mel dulcis tc. Tertio dico q i balsamo ē liq̄r pciosissim⁹. Rami em̄ balsami rescinduntur: z in stillat liq̄r balsami miri odorif: vt ait Jsid. xvij. li. ethy. Et iste odor fuit i btā virgine: q dicit Eccli. xxiij. Quasi balsamū non mixtū odor me⁹. Et pōt intelligi iste odor vel de odore vte rivirginal: vel de odore sue sctitatis. Qñ em̄ ipa bñdicta virgo habebat in vtero xpm: tūc ibi hēbat balsamū. z ideo ibi fuit odor balsami nō mixti. Nulla em̄ fuit cōmixtio naturarū. q̄z natura diuina z hūana nō fuerūt mixte sz vnite. vñ canit eccliā. Jd q̄d fuit pmāsit z q̄d nō erat assumpsit. Nō etiā ibi fuit cōmixtio seminū. q̄z virgo nō cōcepit de humano semine: sz mystico spiramie. Nec etiā fuit in bñdicta virgie cōmixtio viciosa p aliq̄d peccatū. aliter nō posset in veritate dicere pdicta verba. q̄si balsamū nō mixtū odor me⁹. Nō

Arbor balsamū

Fructus balsami

em fuisz balsamū nō mixtū si cū ea cōmixtū fuisset originale pctm. Erubescāt g̃ et iā suis cauillatoib⁹ finē ponāt: q̃ bacten⁹ oñdere conati sunt h̄ purissimū atqz impmixtissimuz balsamū fuisse purredie atqz fetore originalē pctī ꝓtamiatū. ¶Quāuis aūt i ꝯceptiōe ꝙginali ñ fuerit aliq̃ mixtio: fuit tñ ibi triplex cōiunctio. nā (sicut ōr Bern.) ꝓiūcta sunt adinuicē dē⁹ z hō: mī z ꝙgo: fides z cor hūanū.

P

Balsami falsificatio

Si aūt p illa ꝙba: q̃si balsamū nō mixtū odorē me⁹. intelligam⁹ odorē scīritatis ꝙginalis. Est sciēdū q̃ balsamo aliq̃n admiscet oleū: aliq̃n mel: z sic sophisticat z falsificat atqz corrūpit. Sūt em q̃dā admixti melli carnal' delectationis: z aliq̃ q̃ habēt solū oleū exterior; nitor; z tō sūt balsamū sophisticatū. Bt̄ā aūt ꝙgo fuit balsamū nō mixtū: qz nunq̃ dilexit mel carnalis delectatiōis: sz fuauit sp integerrimā virginitatē. nec habuit tm̄ oleū exteriozis nitoz; sz dilexit interiorē scīritatē: inq̃ illō ps. xl. üij. Dis gl'ia ei⁹ filie reg; ab intus. Balsamū

Dez balsamū cognoscit

aūt nō mixtū z vez a balsamo mixto z sophisticato p q̃rtuor signa cognoscit. p q̃ etiā ꝙgo brissima ee balsamū vez z nō mixtū pbatur. Primū signū est: qz balsamū purz si ponat i veste vel i pāno lineo ipm nō maculat nec inficit: vt ōr Isi. li. xvij. ethy. z etiā ponit i li. de ꝓpe. re. si aūt ē mixtū statī p macias se diffundit. Pulcritudo mlier; sepe aspicitē cōmaculat q̃si balsamū mixtū: iō illō Ecci. ix. Propt̄ spēm mulier; mlti pierūt. Pulcritudo aūt b. ꝙgis q̃si balsamū purz nullū aspicitē vnq̃ maculabat: sz pot⁹ odorē sue scīritat; roꝛda penetrās maculas abstergebat: z illici ros mot⁹ extinguebat. Sc̄dz signū ē: qz si balsamū purz ponat in aq̃ statī fundū petit. z ibi q̃escit. si ꝙo est balsamū mixtū stati sup aquā natat: vt ait Isi. vbi. s. Aqua aūt est flux⁹ mūdana; deliciaz diuitiarū z honoz. In q̃ aqua cū aliq̃ ponunt mox supenatāt z extollunt. q̃qz balsamū mixtū. Brissima aūt virgo i mario honore posita se ñ extulit: sz mox tūdū hūilitat; petijt di. Ecce ancilla dñi. Tertiū signū est. qz balsamū vez si ponat i lacte statī coagulat. balsamū ꝙo mixtū in ipo lacte diffundit: vt ait Isi. vbi. s. ¶Sciēdū est aūt q̃ ē q̃ddā lac liq̃dū: z q̃ddā coagulatū z q̃dā pingue. ceteri ꝙo scī fuerūt lac liq̃dū. qz a diuīa gr̄a aut effluxerūt aut effluere potuer̄. Et ideo dicebat Apl'us Heb. ij. Oportet nos obseruare ea q̃ audiuim⁹ ne pefluam⁹. Apli aūt p⁹ aduēntū spūscī fuerūt q̃si lac coagulatū: qz fuer̄ in gr̄a dei solidati z firmati. vñ cā pat̄ de eis. Sic̄ lac coagulati sc̄. Bt̄ā aūt ꝙgo nūq̃ fuit lac liq̃dū. qz fuit in īstāti sue cōceptionis sctificata: z in ꝯceptiōe diuī ꝙbi totaliter i diuīa gr̄a ꝙfirmata z stabilita. vñ de illa exponit pt illō ps. xlvij. Mōs dei mōs pīguis: mons in q̃ bñplacitū est habitare i eo. Fuit em mōs p rtutū altitudinē: z coagulatus ppt̄ gr̄e ꝙfirmatiōz. z pīguis ppt̄ spūsāctī plenitudinē. Quartū signū ē: qz si balsamū vez i manu teneat̄ z radio solis exponat̄ statī calescit z ignescit: ita vt vix i manu teneri possit: ꝓm Isi. vbi. s. Balsamū aūt mixtū nihil hoz facit. Radi⁹ sol' est virt⁹ spūsctī q̃ istō vez balsamū. i. ꝙginis aīm ita calefecit q̃ totū igne diuī amoz; iflāmauit: z q̃dāmō in solē conuertit. Et tō Apoc. xij. describit ipsa virgo amicta sole. Recte g̃ brissima ꝙgo per balsamū designat̄: z marie: qz ipm balsamū significat odorē bone fame. c. vnico. i fine pri me colūne. de sa. vnct̄. Et ipa totū mūdū sue bone fame odore repleuit.

¶Qz bt̄ā ꝙgo de myrrha Assilatio. xj.

Q Triplex gen⁹ myrrher

Licēdū est q̃ triplex myrrha inuenit̄ sz myrrha ꝓma: electa et pbatissima. Myrrha ꝓma ē pnia z amaritudo ꝯcipiēdū sue penitēdū. de q̃ dr Can. v. ti. c. vnico. ℌ. ß vngucto. de sa. vnc. Man⁹mee distillauer̄ myrrhā. Myrrha electa ē pnia claustraliū q̃ dicūt cū ꝓpria ps. lxxxiij. Elegi abiect⁹ ee i domo dei mei magis oꝝ habitare in tabernaculis pcōꝝ. quoz. q̃libet recte viuēs dicere pōt illō Ecci. xxiij. Quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris. Myrrha pbatissima ē pnia pfectoz. q̃z q̃libet dicere pt illō Can. v. Digiti mei pleni sē myrrha pbatissima. Isti em solo desiderio celestz prie z dei amoze affligunt. Bt̄ā aūt ꝙgo voluit hz̄e myrrhā ꝓmā cuz penitēcib⁹: cū tñ ipa esset innocētissima. Myrrha g̃ electā cū claustralib⁹: cū tñ oīm claustraliū essz mgra. Et myrrhā pbatissimā cū pfectis. quia ipsa fuit sup oēs puras creaturas pfectas pfectissima. tiō illi inq̃t Dauid ps. xliij. Myrrha z casia a vestimētis tuis ꝛc. Et ipa brissima virgo dicere pōt in bono illō puer. vij. Aspici cubile meū myrrha. Ipsa em habuit in se oēs ppietates myrrhe. de quib⁹ tractat Plinius i. xij. li. natu. hysto. z Diascor⁹ et auctori. de ppie. re. Inter alias aūt virutes myrrhe est reumata z flux⁹ inordiatos restringere: digestionē confortare: viscosos humores purgare: a putrefactiōe pseruare: feroꝛē emundare: labioꝝ vlcera curare: cerebrū cōfortare: vermes necare: carnē superfluā corrodere: ac bonā z sanā cōseruare. Bt̄ā aūt virgo nos a

Mirrhe ppietates

fium illicito restringit: ad bñ incepta dirigẽ
da ⁊ pficiẽda ⁊ fortat: malas a nob affectiões
auferẽdo cor nrm purgat: a pctis putrefactõe
nos pseruat: fetorẽ mali exẽpli a nob elõgat:
a relicto labiorꝫ sanat: intellectũ nrm cõfortat:
vermes carnalitatũ occidit: a nob curas sup
fluas tollit: ⁊ in bono pposito nos ꝯfirmat ⁊
pseuerare facit. Qꝛ igit dña nra in se hꝫ oẽs
ꝑtures myrrhe ⁊ aliorꝫ aromatũ ⁊ vnguẽto
rũ. Jõ de ipa intr ei⁹ sponsus celestꝫ Lañ. iij
Myrrha ⁊ aloes cũ oib⁹ pmis vnguẽtꝫ. ⁊p
terea cũ de ipa hũanitatẽ accepit dixit illud
Lañ. v. Messui myrrhã meã cũ aromatib⁹
meis. Recte ẽ filiꝰ ꝯgis appellat myrrhe fa
sciculꝰ. vñ ipa de illo ait Lañ. j. Fasciculꝰ myr
rhe dilectꝰ me⁹ mihi. iter vbera mea cõmora
bit. ⁊ eiusdẽ li. c. v. de ipo etiã ait. Labia ei⁹ li
lia distillãtia myrrhã ꝑmã. ¶ O igit dñe de
da mihi hãc grãm vt vadã ad mõtẽ myrrhe
⁊ ad collẽ thurꝫ: Lañ. iij. Iste em mõs myr
rhe odorifere ẽ ꝯgo btissima mr tua: q sp fuit
tota odorifera. Et qd miꝝ cũ ipa fuerit vas
plenũ balsamo tue sapie: Ecci. xxiij. Quasi
balsamũ nõ mixtũ odor me⁹: ⁊ hort⁹ plen⁹ li
lio ois mũdicie: Lañ. ij. Sic lilium int spinas
sic amica mea int filias. Alabastrũ ꝯz plenũ
vnguẽto de uotiõis ⁊ grẽ. Lañ. iij. Odor vn
guẽtoꝝ tuoꝝ sup oĩa aromata. Ipa etiã fuit
apotheca plena aromatib⁹ virtutũ. Lañ. v.
Bene tue sic areole aromatũ. vbi Bern. ait
Si vas pigmẽtarij diu seruat aromatũ fra
grãtiã: ẽto magꝫ apotheca oĩm grãz: ĩ q ce
lestꝫ pigmẽtari⁹ cũ oib⁹ suis vnguẽtꝫ se collo
cauit: ⁊ cũ oib⁹ suis delicijs accubuit. Fuit eẽ
cellarij plenũ vino celestiũ doctrinaꝝ. vñ ip
sa int Lañ. ij. Introduxit me rex in cellã vi
nariã. ⁊ Lañ. viij. ei dr. Buttur mũ sic vinũ
optimũ. ¶ Notãdũ ẽ at q odor multipl⁹ cau
sari ꝯsueuit. Prio ex ꝯcrematiõe. sic thus cõ
crematũ i igne reddit odorẽ: int illo Ecci. l.
qsi thus redolẽs i diebꝰ estatꝫ: ⁊ qsi thꝰ ardẽs
i igne. Aliqñ ꝯo causat ex ꝯtritõe. sic aroma
ta integra paꝝ redolẽt: sꝫ ꝯtrita ⁊ i puluerẽ re
dacta magnũ odorẽ faciũt. Aliqñ aũt ex ap
tõe. sic balsamũ i vase clausũ odorẽ ñ reddit
hꝫ vase fracto vel apto odorẽ diffundit. vñ de
Magdalena dr Joh. xij. q postqꝫ alabastꝝ
vnguẽti fregit: dom⁹ ipleta ẽ ex odore vnguẽ
ti. Aliqñ etiã causat ex diuersoꝝ floꝝ ⁊ herba
rũ redolẽtiũ aggregatõe. sic ptũ plenũ diuẽ
sis floribꝫ ⁊ herbis redolẽtibus magnũ facit
odorẽ. Vñ dicebat Jsaac de filio suo Jacob
Ben. xxvij. Ecce odor filij mei sic odor agri
pleni: cui bñdixit dñs. Maxime aũt tũc flo
res ⁊ herbe ꝯsueuerũt redolere qñ a vẽto au
strali fuerint pflate: inꝫ illõ Lañ. iij. Sur
ge aq̃lo ⁊ veni auster pfla hortũ meũ: ⁊ fluãt
aromata illi⁹. Istis aũt qtuor modis odor
causabat in ꝯgine gl'iosa. Primo ex ꝯcrema
tiõe. Ipa em triplici igne tota fuit ꝯcrema
ta. s. igne dolorꝫ dũ filij sui acerbã passionẽꝫ
cogitabat. Igne desiderij dũ ad filiũ suũ per
gere estuabat: ⁊ ea q̃ dixerat ⁊ fecerat mẽoria
reuoluebat. ⁊ igne amorꝫ: qꝛ tota erat ignita
⁊ in amorẽ cõuersa. De q̃ triplici igne dicit
Piero in ser. assump. Quãtis putas eadem
ꝯgo filij doloribꝰ afficiebat: q̃ amore crucia
bat: ⁊ q̃ desiderio estuabat: dũ aĩmo reuolue
bat cũcta q̃ viderat ⁊ audierat: Puto q̃ q̃c
q̃d hũane ꝑtuꝫ ẽ cogitare nõ sufficiat. Nam
⁊ si diligebat ex toto corde xp̃z: nouis tñ ista
mabat q̃ tidie pñtia ei⁹ absens affectib⁹ desi
derioꝝ. quã nimiꝝ tota spũsi cũs repleuerat
gra: ⁊ tota incãduerat diuin⁹ amorꝝ. Ex tã
ta igit isti⁹ ignis ꝯcrematõe magnũ de corde
suo holocaustũ faciebat. qđ deo magnũ odo
rẽ reddebat. Vñ in hui⁹ figura dr Ben. viij
q Noe obtulit super altare holocaustũ deo:
odora tusqꝫ est dñs odorẽ suauitatis. Dicit
aũt holocaustũ sacrificiũ qđ totũ est incẽsuꝫ
Qor igit btissime ꝯgis deo fuit odorifer ho
locaustũ: qꝛ totũ fuit incẽsum igne doloris ⁊
igne desiderij celestis et igne amoris. Sedo
causabat ea odor ex ꝯtritõe siue puluerisa
tiõe. vñ de ipa intr ei⁹ celestꝫ sponsus q̃si ad
mirãdo Lañ. iij. Que est ista q̃ ascẽdit p des
tũ q̃si ꝯgula fumi ex aromatibus myrrhe et
thurꝫ: ⁊ vniũsi puluerꝫ pigmẽtarijꝫ. Per aro
mata ei intelligunt dei bñficia: q̃ ipa pistillo de
notiõis i corde suo terebat: dũ illa mẽte sedu
la cogitabat. Per myrrhã ꝯo sigficat amari
tudies passiõis filij sui: qs ipa pistillo dolorꝫ
i corde suo terebat dũ eas freqnt mente sedu
la cogitabat ⁊ amara suspiria emittebat. per
thus aũt significant ei⁹ inflata ⁊ odorifera des
deria: q̃ ipa pistillo amorꝫ terebat dũ ea i cor
de suo nouis desideriis renouabat. Per vni
uersos ꝯo puluereꝫ pigmẽtarij intelligũt ei⁹
ꝑtutes: qs ipa pistillo laborꝫ terebat dũ ꝑtu
tes suas p opa ꝯtinua exercebat. Illi em hũt
ꝑtures integras: q̃ eas hũt ociosas: ⁊ p mul
ta bona opa exercitaras. dr ẽ. Que est ista q̃
ascẽdit ⁊c. Virgula fumi ꝓcedẽs ex aroma
tib⁹ est bñficioꝝ dei assidua recogitatio. Vir
gula ꝯo fumi ꝓcedẽs ex myrrha ẽ passiõis sui
filij amara recordatio. virgula aũt fumi ꝓce
dẽs ex thure est desideriorꝝ celestiũ ꝯtinua re
nouatio. virgula ꝯo ꝓcedẽs ex vniũsis pul

Odor multiplicatur

neribꝰ pigmētariꝰ est ꝟtutū suaꝝ assidua exercitatio. Magnū ḡ odorē deo faciebat q̄ sic terebat eiꝰ bñficia p meditatōz ⁊ filij sui lupplicia p dolorē ⁊ celestia desideria p feruorē ⁊ oēs ꝟtutes p exercitatōz. Uñ de ipa dici pōt illd̄ Nu. xj. Frāgebat mola ⁊ terebat i mortario. ſ. cordis sui omia p̄dicta. ex q̄ trītiōe emanabat fragrātissimꝰ odor. Tertio causabat odorē ei ex aptiōe. odor ei suꝰ ñ fuit clausus ſz aptꝰ ⁊ manifestꝰ itātū q̄ ascēdit in celū ⁊ penetrauit ifernū. ⁊ diffusus ē p totū mundū. nā odor sue hūilitatꝭ ⁊ ḟgitatꝭ i celū ascēdit: ⁊ dñō ac̄angelos letificauit. ⁊ ideo assil'at nardo Lañ. j. dū eēt rex i accubitu suo nardꝰ mea dedit odorē suauitatꝭ. Nardꝰ ei ē herba pua ⁊ odorifera. ⁊ inq̄tū ē pua significat eiꝰ hūilitatē. inq̄tuz ḟo est odorifera significat eiꝰ ḟgitatē. Odor aūt sue sctitatis ifernū penetrauit: ⁊ sc̄os p̄es in lymbo exñtes recreauit: ⁊ dēmões terruit ac ꝯturbauit. ⁊ iō assil'atur odori vinee Lañ. ij. vbi dr vince florētes odorē dederūt. Odor em vince hoies recreatꝭ ſz fp̄etes ꝯturbat. ⁊ sil'r odor sctitatꝭ eiꝰ sc̄os p̄es ꝯfortauit: ⁊ dēmões expulit ⁊ ꝯtristauit Odor ḟo sue fecūditatꝭ totū mūdū suauitate repleuit: ⁊ iō assil'at odori vnguēt̄oz. Intā tū em oēs hoies odore fecūditatꝭ sue sunt attracti q̄ post ipam trahi ⁊ currere sp exoptāt dicēn. Lañ. j. Trahe me post te: i odorē current̄ vnguēt̄oz tuoz. Quarto causabit̄ i ea odor ex diuſoz flor̄ ⁊ herbaz. i. ꝟtutū aggregatiōe. nā i ea fuit liliū mūdicie: rosa rubens charitatꝭ ī mēse: viola hūilitatꝭ pfūde: mirꝰ ꝛpantie: cū ceteꝝ floribꝰ ꝟtutū ⁊ gr̄e. Iste aūt ꝟtutes in ea fuerūt valde odorifere: q̄ austro ſpūſſci fuerūt pflare. Auster em est vētꝰ calidus hūidꝰ ⁊ fecūdatiuꝰ. Auster igit̄ ſpūſſci eā inflāmauit p amorē. ⁊ humectauit p deuotionē: atq̄ fecundauit p bonoz opeꝝ multiplicationē. Ita q̄ ipa sp deo obtulit holocaustū suauissimi odoris atq̄ incēſi. sic̄ p̄cipit offerri Nūe. xxviij. O igit̄ ḟgo odorifera q̄ scis q̄ vnguēto ⁊ varijs odoribꝰ delectat̄ coz: Prou. xxvij. oñde mihi cellā aromatū ⁊ odoramentoz vnguēti optimi: Isa. xxix. vt odorē suauitatꝭ suscipiā Ezech. xx. Ue etem illis q̄ nares hñt ⁊ nō odorabūt: ps. cxiij. ve illi de q̄ dicit̄ illd̄ Eccl. xxx. Nō māducat nec odorabit. ſ. odorē tue deuotiōis ⁊ sctitatis. quē p oz tē vnūſū diffudiſti: odorē. ſ. bone opinōis ⁊ fame. de q̄ tractat̄ i. c. lz. de accuſa. odorē iquā ois bonꝰ erēpli. Tu em sp dicere potuiſti illd̄ ij. Choz. ij. Xp̄i bonꝰ odor sum⁹ i oī loco. trās sumptiue i. c. nabuchodonoſoz. xxiij. q. iiij. ⁊ i. c. vnico. §. ad exhibēdū. de sa. vnct. Tu ista ab ista tue ꝯceptiōis odoribꝰ olim ḟaz repleta es q̄ sp illa fragrātia retinuiſti. iuꝝ illd̄ cōe p̄bium. Od̄ noua vesta capit inueterata sapit. ⁊ illd̄ q̄d ingt Horaciꝰ i epl̄is. Quo semel ibuta est recēs ſuabit odorē Testa diu.

¶ O beata virgo dicitur vitis.

Assimilatio. xij.

ligit descēdētes hñtes hāc pphetiā: mox vt viderūt stellā nouā intellexerūt natū regē zvenerūr. hec Remigi⁹. Dicit etiā Chrys. super Mat. q̄ descēdētes de gñe Balaā elegerunt de seipis. xij. z si q̄s coz mouebat: filij⁹ ei⁹ aut aliq̄s ex ppinq̄oz⁹ i ei⁹ locū sustinebat. qui singulis annis certo tpe sup mōtē victoriale ascēdebāt. z ibi trib⁹ diēb⁹ orabāt dū vt eis stellā illā de q̄ balaā pdixerat oñderet. Quadā ꝯo vice dū sic ibidē manerent tres reges stella q̄dā ad eos sup mōtē venit: q̄ habebat formā pulcerrimi pueri. sup cui⁹ caput crux splēdebat. q̄ magos allocuta est di. Ite velociter in terrā iudā: z regē quē q̄ritis inuenietis. ¶ De hac aūt stella diuīse fuerūt opiones Quidā em̄ dixerūt (vt ait Remigi⁹) q̄ spūs sctūs q̄ p⁹ea dat⁹ ē apt̄is in forma ignis: rite his magis appuit i specie stelle. Chrys. ꝯo sup Mat. videt tenere q̄ fuerit angel⁹ q̄ i tāli spē cie appuit. Doctores aūt cōiter tenent q̄ fuerit stella realit de nouo creata: vt ponit Nico. de ly. sup Mat. Uñ glo. sup illo ꝯbo Uidim⁹ stellā ei⁹: ait. s. ppriā. q̄ hāc creauit ad ostēsionē sui. ¶ Quo ad scd̄m aūt videndū de magis. s. quare p stellā facta fuerit magis dmōstratio xpi nati? Rñdet b. Tho. in. iij. pte sum. q. xxxvj. ar. v. di. Sicut manifestatio syllogistica fit p ea q̄ sunt magis nota ei cui est aliq̄d manifestandū: ita manifestatio q̄ fit p signa dz fieri p ea q̄ sunt familiaria illis q̄b⁹ fit. Manifestū est aūt q̄ viris iustis est familiare z ꝑsuerū interiori spūsscti edoceri instictu absq̄ signoz sensibiliū dmōstratiōe. s. p spm̄ pphetie. Alij ꝯo corpalib⁹ reb⁹ dediti p sensibilia ad intelligibilia dducunt Judei tñ ꝑsueti erant diuīa rūsa p angelos accipe: p quos etiā legē acceperant: ꝝm illud Act. vij. Accepistis legē in dispositiōe āgelorū. Gētiles ꝯo z maxime astrologi consueti sunt stellaz cursus respicere. z iō iust̄. i. Symeoni z Anne manifestata ē xpi natiuitas p interiorē instictū spūsscti: unde illō Lu. ij. Rūsum accepit Symeon a spūsctō ꝛc. Pastoribus aūt z magis tāq̄ reb⁹ corpalib⁹ deditis: manifestata est xpi natiuitas p apparitiones visibiles. z qz hec natiuitas nō erat pure terrena: sz q̄dāmō celest̄: ideo per signa celestia vtrūq; manifestat. Ut em̄ Aug. dr in ser. de ephia. Celos angelū habitāt z sydera oīnāt: vtriq; q̄ celi enarrāt gl̄iam dei. Rōnabilit̄ āt pastoribus tāq̄ iudeis: apd̄ q̄s freq̄nter facte sunt apparitiones āgeloz: reuelata est natiuitas xpi p āgelos. magis aūt assuetis in sideratiōe celestiū corpoz mā ifestata ē p signū stelle. qz vt dr Chrys. p cōsueta eos dūs vocare voluit eis cōdescēdēs. Greg. aūt dicit i omelia sup Mat. Judeis tanq̄ rōne vtentibus rōnale aīmal. i. angel⁹ pdicare debuit. gētiles ꝯo q̄ vti ratiōe nesciebāt: ad cognoscēdū dū nō p vocē sz p signa pducunt. Et sicut dñm iā loquentē annūciauerūt gētib⁹ pdicatores loquētes. ita cū nōdū loquentē elementa muta pdicarēt. Aug. aūt dr in ser. ephie. Abrae innumerabilis erat ꝓmissa successio: non carnis semine: sed fidei fecūditate generāda. et ideo stellaz multitudini est compata. scilicz Gen. xv. vt celestis pgenies speraret. Et iō gētiles in sydeib⁹ celignari oztu noui sydez excitant vt pueniant ad xpm p quē efficiunt semē Abrae. ¶ Nec aūt stella nō fuit vna de stellis celestib⁹ ab initio creat̄: vñ Aug. in li. 3 Faustū dr. Non ex illis erat stella que ab initio ītinerū suoz ordinē sub creatōis lege custodiūt: sz nouo ꝑgis ptu nouū sydus apparuit. Beat⁹ ꝯo Tho. in. iij. parte sum. q. xxxvj. ar. vij. ināt. Sicut Chrys. dicit super Mat. q̄ illa stella q̄ magis apparuit nō fuerit vna celestiū stellaz: multipliciter manifestū ē. Pro q̄dē. qz nulla stellaz hac via incedit. hec em̄ stella ferebat a septētrione i meridiē. Ita em̄ iacet Judea ad pstē vnd magi venerūt. Sc̄do apparet ꝫ ex tpe. Nō solū em̄ apparet in nocte: sz etiā in meridie: z sup fulgoē oñdebat. qd̄ nō est virtutis stelle: sz nec lune. Tertio qz q̄nq; appebat z quādoq; occultabat. Cū em̄ magi ītrauerūt hierlm: occultauit seipam. deinde vbi herodē reliquerūt oñdit seipm. Quarto: qz nō habebat ꝓpriū motū sic alie stelle: sz cū optebat ire magos ibat: q̄n aūt eos optebat stare stabat. sic z de colūna nubis q̄ erat i deserto dr Exo. xiij. Quito qz nō sursum manēs ꝓpriis ꝑmōstrabat: sz deorsum descēdēs hoc faciebat. vñ Mat. ij. dr q̄ stella quā viderāt magi i oriēte antecedebat eos vsq; dū veniēs staret sup vbi erat puer. Et quo patz q̄ verbū magorum dicentiū. Uidim⁹ stellā ei⁹ in oriēte. nō est sic intelligēdū quasi ipis i oriēte posite stella apparuerit eis in terra Judee: sz qz viderūt eā i oriēte existētē: z p̄cessit eos vsq; in iudeā. Nō potuisset aūt distincte domū demōstrare nisi fuisset terre vicina. erat q̄n firmamēto celi collocata: sz aere vicino tre: vt ait Fulgentiꝰ. z ꝑm volūtatē dei mouebat. vñ Leo papa dicit in ser. epiphanie. Tribus magis in regiōe oriētis stella noue claritatis apparuit. q̄ illustrioz cereꝰ: pulcrioz q̄ syderibꝰ in se intuentiū oculos aīmosq; ꝑ cere vt con-

Differẽ/tia illius stelle ab aliis

sestim aduerteret nõ eẽ ociosũ. qđ tã ĩsolitũ videbat. hec ille. ¶ Exq̃b⁹ oib⁹ patz quõ hec stella ab aliis differebat origie. qz nõ fuit creata cũ aliis a p̃ncipio mũdi: sz solũ in natiuitate xpi. Jtẽ officio: qz alie stelle facte sunt vt sint i signa ⁊ tpa: Ben. j. hec aurẽ vt duceret magos. Jtẽ duratiõe: qz alie stelle sẽ ppetue hec aũt (vt ait Nico. de lyra) finito suo miste/rio redijt in placẽtẽ materiã. Jtẽ in situ ⁊ lo/cariõe: vt ꝯ. dictũ est. Jtẽi radiatiõe. qz ceteꝛ stellis erat lucidior: ita q̃ splẽdoꝛ solis eã ob/scurare nõ poterat: ⁊ etiã i meridie splẽdidissima appebat. Jtẽ in motu: qz nõ mouebat motu circulari: sed pgressiuo. Jtẽ in sui de/monstratiõe ⁊ celatiõe ad tpus. Dicit q̃z beatus Tho. vbi. ꝯ. ar. v. Stella q̃ xpi natiuitatẽ manifestauit: oẽm occasionẽ erroꝛ subtrahit. Ut em Aug. ꝺ cõtra Faustũ. nulli astrologi ita cõstituerũt nascẽtium hoim fata sub stellis: vt aliquã stellarũ homie aliquo nato circuit⁹ sui oꝛdinẽ reliq̃sse. ⁊ ad eũ q̃ nat⁹ est perreriſſe assueꝛẽt. sicut accidit circa stellã q̃ demõstrauit natiuitatẽ xpi. Et ideo per hoc nõ cõfirmat erroꝛ eoꝝ qui sortẽ nascẽtiũ hominum astroꝝ oꝛdini colligari arbitrantur. nõ aũt credũt astroꝝ oꝛdinẽ ad hois natiuitatẽ posse mutari. Sil'r etiã vt dicit Ezechi. nõ ẽ astronomie op⁹ a stellis scire eos q̃ nascunt: sed ab hoꝛa natiuitatiſ futura p̃dicere. Magi aũt rps natiuitatis nõ cognouerũt: vt hinc sumentes initiũ a stellaꝝ motu futura cognoscerẽt: iz poti⁹ ecõuerso. Et sic Aug⁹. dr in ser. Ephie. magi ab angelis aliq̃ monitione reuelatiões audierũt: q̃ stella xpm natum significaret. ⁊ pbabile videt q̃ a bonis. qñ i rpo adorãdo sal⁹ eoꝝ tã q̃rebat. hec ille. Et idẽ Aug. in li. questionũ veteꝛ ⁊ noui testamẽti ait. Regẽ intellexerũt natũ cũ stella. Sic em talis rex soleat designari. Vi em magi nõ malivolẽtia astroꝝ cursum: sed rerũ curiositate speculabant. Leo aũt papa in p̃mõe ephie dic. Preter illã stelle speciẽ que corpoꝛeũ incitauit obtutũ: fulgẽtioꝛ ꝑtis radi⁹ eoꝝ corda pdocuit. Btus ꝙo Tho. vbi supꝛ. viij. inq̃t. Magi sunt p̃mitie gentiũ in xpo credẽtiũ: in quib⁹ appꝛuit sicut in quodã pfagio fides ⁊ deuotio gentiũ venientiũ a remotis ad xpm. Et ideo sicut deuotio et fides gentiũ est absq; erroꝛe p inspiratiõz spiritussci. ita etiã credẽdũ ẽ magos a spũsctõ inspiratos sapient' xpo reuerẽtiã exhibuisse. hec ille. ¶ Quo ad tertiũ ꝙo. s. de oblatõe magoꝝ p̃dictoꝝ inq̃t Ezechi. sup Mat. Si magi regẽ terrenũ quercẽtes venissent: fuissent ꝺfusi. qz tãt'i itineꝛ laboꝛẽ sine causa susceptisent. vn nec adoꝛassent: nec munera obtulissent. nũc aũt qz celestẽ regẽ querebãt: ⁊ si nihil regalis excellẽtie i eo viderũt: tñ solu⁹ stelle testimonio ꝺcẽti adoꝛauerũt. Uiderũt eniz hoiem ⁊ adoꝛauerũt deũ: ⁊ obtulerũt munera dignitati xpi cõgruẽtia. Aurũ quidẽ quasi regi magno. thus q̃ si in dei sacrificio ponit̃ imolãt vt deo. myrrha qua mortuoꝝ coꝛpa ꝺdiunt̃ pzebet tanq̃ p salute oĩm morituro. Breg. q̃z in omelia Ephie idẽ confirmans ait. Magi ꝙo auꝝ: thus ⁊ myrrhã deferũt. Auꝝ q̃ppe regi ꝺgruit. thus ꝙo in dei sacrificio ponebat̃. myrrha aũt mortuoꝝ coꝛpa cõdiunt̃. Eũ g̃ magi quẽ adorant etiã mysticis muneribꝰ pdicãt. auro regẽ: thure deũ: myrrha moꝛtalẽ. Alij aũt q̃dã doctoꝛes dicũt q̃ obtulerũt auꝝ in pauptatis ſbsidiũ: thus in stabularis fetoꝝ remediũ. myrrhã ꝙo i teneritudis puerilis obsequiũ: ad vnguẽda mẽbza illi⁹ debilia ⁊ tenera ac delicatissima: quinas penalitates ⁊ infirmitates assumpsit.

Magi pmẽdãt

Vos aũt beatos magos admiraꝺiles nob reddit laboꝛ itineratõis. qz longitudo viaꝝ nõ retraxit eos q̃n pgerẽt ad dñm nr̃m iesuz xpm. nõ etiam difficultas tpm: qz in hyemenõ multitudo expensarũ quas oportebat facere. nõ teneritudo cõplexionũ: qz erãt delicate psone. nõ piculũ psonaꝝ: qz eis poterãt fieri multe insidie. nõ timoꝛ vsurpationũ. s. ne sua regna ab alijs interim vsurparent. Uenerabiles etiã eos reddit audacia cõfessiõis: qz corã herode) q̃ regnũ iudaicum sibi vsurpauerat) ꝓfessi sũt xpm natũ eẽ regẽ iudeoꝝ. ¶ Sz h q̃ri p̃t: quõ ĩ. xij. dieb⁹ potuerũt magi venire de vltimis fr̃e finib⁹. vl' saltẽ de fra lõginq̃ vsq; in hierlm: q̃ est i medio fr̃e habitabil' cũ a patria eoꝝ vsq; i hierlm cẽt via vni⁹ anni: fm Ezechi. Et rñdet Remigi⁹ q̃ puer ad quẽ ppabãt. eos i tã breui spacio ꝑducere potuit Uel dicendũ fm Hiero. q̃ sup dromedarios venerũt: q̃ sunt velocissimi. ⁊ tãtũ currũt vna die q̃z tũ eq̃ in mlt̃. Et tũcipletũ est illd Isa. lx. Inundatio camelorũ opiet te. dromedariũ madian ⁊ epha. Si etiã q̃rat: q̃re potius in hierlz preterũt q̃z ad aliã ciuitatẽ ad q̃ rẽdũ xpm: Rñdet Remigi⁹ q̃ hierlm magẽ erat ciuitas ⁊ regal'. ⁊ iõ credebãt q̃ tal' puer nõ nisi i regia ciuitate nasci deberet. Uel ibi preterũt vt locũ natiuitatiſ xpi certi⁹ discere possent. qz ibi sapientes scribe ⁊ legis doctoꝛes residebãt: vt ipleret q̃d dictũ ẽ p pphaz Isa. ij. De syon exibit lex: ⁊ verbũ dñi de Hierusalem. Item vt studio magoꝝ dãnaret̃ pigri

Quare magi venerũt in Hierlm

De oblatiõe magoꝝ

cta iudeoꝝ.vt.s.essent ierecusabiles.quia po/tuissent dicere. Nos q̄dē locū natiuitatis sci mus:sz tps ignoram⁹. Et tō magi ostēderūt eis tps:z didicerūt ab ipis locū. O quanta igit fuit delidea iudeoꝝ.q̄ cū p scpturas iue/nirēt xpi aduētū esse ppinquū.viderētqz re/ges a finib⁹ terre venisse ad eū q̄rēdū.z ad/orādū.iux pphetiā Dauid ps.lxxj. Reges tharsis z insule munera offerēt:reges arabū z saba dona adducēt. Et adorabūt eū oms re ges tē.nō curauerūt ad locū natiuitatis xpi eis vicinū:z ab ipis demōstratū magis vna cū illis ppare. Sz h̄ no pmittēte factū est p pter eoꝝ maliciam. Ut em̄ dr in cōi puerbio Achio dio vol male li tolle el seno. Ut etiaz dr Greg. vbi.s. ideo stella disparuit ppe hieru salē: vt magi nec̄e haberēt pcūctari pncipes iudeoꝝ de ortu Messye:z sic duplici testimo nio firmarent in fide.s.stelle z sacre scpture.

Quare magi taz lōgā viā assumpserūt

Jpi em̄ scribe z pharisei allegauerūt pphe/tiā Michee.v. vbi dr: q̄ messyas nasci debe bat in Bethleem. ¶Sz h̄ inq̄rēdū est:q̄ cā magos ipulerit ad sumēdā tam lōgā z diffi/cilē viā? Et rñdet Aug⁹. in smone pdicto sic dicēs. Cū als multi nati essent reges iudeoꝝ nūqz quēqz illoꝝ ad adorandū quesierūt:qz nec quēqz illoꝝ de celo loquētē didicerūt. Nō itaqz regi iudeoꝝ quales illic cē solebāt hūc tam magnū honorē lōginqui alienigene ab eodē regno extranei a se deberi arbitrabant sed talē esse natū didicerāt in quo adorando se salutē q̄ fz deū ē psecuturos mīme dubita rēt. Neqz em̄ eras:cui saltē adulatio hūana seruiret:nō in mēbris purpura:nō in capite diadema fulgēs:nō pompa famulantiū:nō terroꝝ exercit⁹:nō gloriosa fama plioꝝ hos ad eū viros ex remotis terris cū tanto voto supplicatōis attraxit. Jacebat in psepio pu er ort⁹ recent exigu⁹ corpe: pcēptibilis paup tate. sed magnū aliqd latebat i puulo q̄ d il/li homines pmitie gentiū nō terrena ptāte: sed celo narrāte didicerūt. hec ille. Cognouerāt em̄ p apparitōz illi⁹ stelle:q̄ nat⁹ erat ille q̄ ait Apoc. vl. Ego sum gen⁹ z radix dauid stella splendida z matutina. Quare autē ab oriente venerint assignat Ihzym. sup Mat. rationē dicēs. Ab oriēte venerūt magi.qz vñ dies nascit:inde initiū fidei pcessit.quia fi/des lumen est aiaz. vel qz ocs q̄ ad xpm ve/nūt ab ipo z p ipm veniunt. ¶Cur aūt He rodes rex turbat⁹ sit:tres iter alias pñt cau/se assignari. Primo.s. vt celsitudo maiestatz xpi monstraret. Un Grego. vbi.s. ait. Leli regenato rex terre turbat⁹ est.qz nimirū ter/

Quare herodes turbat⁹ ē

rena altitudo ꝺ fundit:cuz celsitudo celestis apit. Scdo vt eius iudiciaria ptās cogno/sceret vel figuraret. vñ Aug. vbi supra dicit Quid erit tribunal iudicātis qñ supbos re/ges cuna terrebat infantis? Tertio vt deiectio regni diaboli oñderet. vñ Leo papa vbi.s. inqt. Nō tantū herodes in semetipo turba tur quātū diabol⁹ in herode. Herodes em̄ hoiem xpm extimabat:sed diabolus deum:z vtreqz regni sui successorē timebat:diabolus celestē:sed herodes terrenū. Supflue tamē timebat herodes.quia xpus nō venerat re/gnū terrenū in terra hze. vñ Leo papa vbi s. ait ipi herodi. Nō capit xpz regio tua.n€ mūdi dns prātis tue sceptris est ptēr⁹ angu stis. Dis etiā hierosolyma turbata est de na tiuitate xpi:cū tñ summe gaudere deberet.qz vt inqt Ihzym. de aduentu iusti non poterāt gaudere iniq̄. Uel turbatā se oñdit (licet nō esset) vt se sulpectā nō redderet tyrāno:si se le tā oñdisset de natiuitate regis iudeoꝝ. Et for/te hac de cā nemo iuit cū magis ad videndū eū. Cū aūt ipi magi discessissent ab herode maligno z fraudulento.qui q̄rebat occidere xpm.simulās tamē cū magis se velle adorare eū. Ecce q̄ (vt dr Mat.ij.) iterū eis appuit stella q̄ pmo disparuerat. Et in eodē.c. dicit Uidētes aūt stellā magi gauisi sunt gaudio magno valde. In tota aūt sacra scptura nul libi reperiunt tot verba lericie simul posita q̄ quidē verba sunt vnita ad denotādū ineffa/bile eoꝝ gaudiū. Per tria autē hba lericie.s. gauisi sūt gaudio mag̃:significat lericia oīm triū potētiaꝝ aīe.q̄ tote erāt intēte ad q̄rēdū z inuenīēdū ꝙginis filiū:que lerate sunt vehe mēter. Dū aūt addit valde: denotat gaudiū oīs sensus corpis repleti lericia ex inuentōe xpi. Uidētes em̄ stellā certificati sunt q̄ ipm indubitāter in primo inuenirēt:cū bethleem vbi nat⁹ erat ppe ad q̄nq̄ miliaria ē cogno uissent. vñ sequit in predicto euāgelio q̄ ipa stella precedēs eos duxit ad locum vbi erat puer:z ibi firma sterit indicans eis q̄ ibi in illo tugurio erat saluator mūdi cum virgine benedicta matre sua. vnde sequit. Et intrā/tes domū inuenerūt puerū cū maria matre eius. O iocunda inuētio. Desideria em̄ cuz cōpleta fuerint delectāt aiam: Prouerb. xiij. Et petentes adorauerūt eū. Ubi Bern. ex/clamat di. Quid facitis o magi q̄d facitis? Lactātē puerū adorantis in tugurio vilibus pannis. Ergo ne dē iste? Et vbi est re gis aula? vbi curie regalis frequētia? nūqd aula est stabulū? thronus psepiū? frequētia

Ioseph ⁊ maria. Isti insipientes sunt vt fierent sapientes. hec ille. Sequit aut. Et aptis thesauris suis obtulerut ei munera: aurū: thꝰ: ⁊ myrrhā. In quo actu mystice designauerūt ꝓditōes quas debet hīe bona oblatio ⁊ elyna Dum em dicit aptis: ostendit largitas eius thesaurꝰ bonitas: suis ꝓprietas. vt non solū elemosyna fiat largiter ⁊ abūdāter i magna copia ⁊ de bonis rebꝰ nō corruptis: sz etiā de ꝓpriis ⁊ nō alienis rebus. Dū aut addit obtulerūt: denotat celeritas ⁊ hilaritas: vt fiat libenter ⁊ alacri aīo ⁊ vultu: ⁊ cito p̄uenīēdo petitiōz pauptatꝰ: ⁊ nō expectādo vt pcibꝰ ertor queat. Dū ꝯo dr: ei: significat discretio elyne ⁊ sinceritas: vt s. fiat discrete paupi ⁊ nō diuiti siue nō indigēti: nec ex vana gl'ia vl' alio malo fine: sed sincere ex charitate ⁊ amore dei vt ei sit datū qđ eius cā dat paupi. Dū aut addit munera: ostēdit liberalitas elyne. vt qꝫ debito ⁊ p̄ sua mercede dz q̄s hīe: ei nō detur tāq̄ elyna. ⁊ ne deat aliq̄d alicui sb̄ p̄textu pietatis: vt postea amplꝰ habeat ab eo. Dū aut dr. aurꝫ: thus ⁊ myrrhā. q̄ tria q̄libet corꝫ obtulit: vt dicūt doct. vnde falsa est illa sentētia. Caspar fert myrrhā: thus melchior: balthasar aurꝫ. Et hac diuersoꝫ munerū oblatiōe denotat varietas elemosyne. Nō ei sufficit paupi dedisse panē si vino vel vestimento indigeat: ⁊ q̄s ei subuenire pōt. Quid aut tē mystice designarent hec tria munera circa ꝑsonā xp̄i supius dixim⁹. De quo etiā eccl'ia in officio ephie canit. Tria sunt munera pretiosa q̄ obtulerūt magi dño in die ista. ⁊ hnt in se diuina mysteria. in auro vt ostendat regis potētia. in thure sacerdotē magnū considera. ⁊ in myrrha dñicā sepulturā. ¶ Notā: dū ꝯo est qꝫ ordo rōis exigit: vt fm gradū dignitatis ⁊ excellētie ⁊ valoris alicui cultꝰ exhibeat honoris ⁊ reuerētie. c. statuim⁹. de maio. ⁊ obe. Tū cū magnꝰ cultꝰ honoris ꝑ dat̄ in munerū oblatiōe: magnis ⁊ dignis ꝑsonis nō vilia sed magna ⁊ nobilia sunt dꝫ naria facīēda ⁊ offerēda. Nā vt dicit in. c. ⁊ si questiōes. de simo. In accipiēdis vl' dādis muneribꝰ ꝑsone dantis ⁊ accipiētis est qualitas attendēda. ideo cū ipi offerētes essent sapientissimi ⁊ cognoscerēt nobilitatē rerum: ⁊ essent diuites: qꝫ reges ⁊ dīi: ⁊ offerre vellēt ei q̄ est potēs in celo ⁊ in terra. q̄ dixit Mat thei. xxviij. Data est mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. Cōgrue elegerūt facere ei oblatiōē trib⁹. q̄rū q̄libet in genere suo est optimū. Aurꝫ em est potiozis valorꝫ inf metalla thus potiozis odoris inf aromata: myrrha potiozis vigoris iter vnguēta. Recte q̄ dño iesu obtulerūt aurꝫ: qꝫ ipe est rex regū et dīs dīantiū: Apoc. xix. Aurꝫ nāq̄ offert regib⁹ ꝑ tributo. c. si tributū. xj. q. j. ⁊ p glo. in. c. generali. in ff. regalia. de elect. li. vj. Quia ꝯo i thure sapia designat: vt ait Salomō Sap. vij. dicēs de sapia: qꝫ infinit⁹ est thesaurꝰ hominib⁹. Ideo cōgrue illud obtulerūt ei in q̄ sunt oēs thesauri sapie dei absc̄diti. Col. ij. Et sic in auro ⁊ thure eū ꝓfessi sꝫ esse verū rege de regio genere dauidico: q̄ ꝓmissus erat in lege sup Israel regnaturꝰ. atq̄ summū sacerdotē de stirpe Aaron: q̄ debebat sacrificare suū ꝓciosissimū corꝑ sup arā crucis. ⁊ deū ac dīm suū. Per myrrhā ꝯo eū designauerūt debere p humani generis redēptiōe mori: ⁊ in sepulcro myrrha eius corꝑ cōditi. sic postea factū fuisse ptz Joh. xix. In his q̄z muneribꝰ designauerūt tria munera q̄ oēs fideles xp̄iani dīt offerre dño iesu. nā apto thesauro suo debēt de scrinio cordis sui offerre ei cordialē dilectionē ⁊ charitatē q̄ p aurū figurat. qꝫ sicut aurū est valore maximū ⁊ virtute optimū. nā cor debile restaurat ⁊ ꝙfortat. ꝙpter hoc ponit in electuariis infirmoꝝ. Item in tenore solidū multū qz durans. sic charitas inter oēs virtutes ꝓcipatū tenet. ⁊ q̄ de ea plꝰ habet plus valet. ⁊ q̄ nihil charitatis habet nihil valet. vt ptz. j. Chor. xiij. vbi apostolꝰ ait Si linguis hoīm loquar ⁊ āgeloꝝ: charitatē aūt nō habeā: nihil sum. Ite charitas supuenies restaurat oīa merita ꝙdita: ⁊ cōfortat corda debilia ad opandū instāter opera ꝙfuosa. Et ideo charitatē nō habēti dr dīs Apoc. iij. Dicis qꝫ diues sum ⁊ locuples: et nulli egeo. Et nescis qꝫ tu miser es ⁊ miserabilis: pauper: cec⁹ ⁊ nudus. Sed suadeo tibi emere a me aurū ignitū vt locuples fias: ⁊ offeras deo tuo. Charitas etiā est solida: qꝫ tenet hominē solidū ⁊ firmū in bono. vñ de ea inqt Aplus vbi. s. Charitas nūq̄z excidit trāssumptiue in. c. charitas nūq̄z. de peni. di. ij. Et ideo de habēte charitatē dici potest illd Eccl. l. Quasi vas auri solidū. Item q̄libet fidelis debet dño iesu offerre thus deuote laudatiōis ⁊ oratiōis. quia ipe ait ps. xlix. Sacrificiū laudis honorificabit me ⁊c. Et ideo vnusquisq̄z debet dicere cū eodē ꝓpheta ibidē. Dirigat dñe oratio mea sicut incēsum in ꝓspectu tuo. Elevatio manuū meaꝝ sacrificium vespertinū. Et tūc de quolibet tali dici potuerit illd Eccl. l. Quasi thus ardēs i igne positū. Itē debem⁹ illi offerre myrrhā carnalis afflictiōis ⁊ mortificatiōis: pniez ⁊ macē

Coditiones bone oblatiōis vel elyne

Magi cōgrue illa tria obtulerunt

rationis. Sic em̃ myrrha lz sit amara: habet tñ odorē bonū z vigorē ꝓ fuatiuū a putrefactiōe. sic pnia licz videat esse amara q̃ ad sensualitatē: tñ est odorifera deo z nos pleruat a putrefactiōe viciorz. z est valde utilis z frutifera: iuxt illd Jac. j. Dis disciplina i pñti q̃dē nō videt ee gaudij sz merozis. postea ꝙ fructū pacatissimū affert exercitatis per eā. Et tūc dicere poterit q̃liber nostz illud Eccl xxiij. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. z illd Cañ. v. Manus mee distillauerūt myrrhā: z digiti mei pleni sunt myrrha ꝓbatissima. Et ꝓdicta q̃si oīa ꝓfirmat Bze. in omelia Ephie. ¶ Sed iam ad contēplandū ꝙginis gaudiū veniam. Si em̃ tātū gaudet sunt magi de vna iesu xpi visione. quātū gaudere debebat ei⁹ mater de q̃tidiana eius amplexatiōe: osculatiōe: lactatiōe z dulcissima ꝙversatiōe. Cogita aliquātulū o pauperecula mulier: q̃si esses in puerpio decubās cū filio z in maxima pauptate. quātū gaudiū haberes si aliquis ꝓpotes dns coram eo genu flecteret: et ei pciosa munera offerret. Quātū ḡ gaudere debebat ꝙgo bñdicta: q̃ pauperecula existēs vidit istos tres reges sapientissimos ac potētes: q̃ cū tāta comitiua de tā lōginqs ptibus ad visitandū filiū suū venerāt: stella eos ducēte. eidē filio suo adorato tanq̃z eozū vero deo: tam pciosa munera abūdāter offerre: z suis oīb⁹ necessitatib⁹ copiosissime satisfacere. Possum⁹ autez deuote meditari q̃ exñs bñdicta ꝙgo sola in diūsorio cū puero suo atq̃z Joseph: ac bone z asino: sentiēs tot gentes: equos: pedites: cameleos: milites: baroneſq̃z cum turba magna venire: cepit time re ne illi venirēt ad pdendū filiū suum. vnd subito accipiēs eū posuit in pspio: z feno eo operuit. O iesu dulcis. O imperator mūdi. O infinita maiestas. O sūma potētia z bonitas: quō stas? vbi cubas? vbi q̃escis? Cōsidera modicū o sensualis z carnalis: q̃ gaudes mūdo z delicijs. Un Bern. inq̃t. Quid vltra gl'iaris o diues in volutabro lecti picti tē. Absconso igit dulci iesu inter bouē z asinum: ecce appropinquant scutiferi z famuli alieq̃z gētes. Stella aūt stabat supra locum vbi erat dns iesus: nec vltra ꝓgrediebatur. Arbitrātes ḡ q̃ ibi eēt: irrātes ipi reges: z neminē videtes nisi mariā pauperculā puellā z ioseph. Egrediunt z aspicietes stellam: videt eā firmā stare supra ꝓspiū. z iterū ingrediunt: z nō videtes eū iterz egrediunt z videtes stellā stare imobilē. tertio ingrediunt q̃rētes vbi erat puer qui natus erat rex iudeoz.

Quātū gaudiū Maria habuit de regū oblatione

Quib⁹ cū tiore dixit benigna ꝙgo. O reges o principes: rogo amore dei ne molesteris me pauperculā matrē. Tūc illi h audietes dixerūt O ꝙgo serā. O ꝙgo illibata. O mr dei ne timeas. vidim⁹ em̃ stellā ei⁹ in oriēte: z venim⁹ cū muneribus adorare eū. nos venim⁹ bñfacere z nō male. Ne tardes obsecram⁹ ostēdere nobis desideriū cordis nostri. O spes nostra vbi es? O gaudiū nrm. O expectatio nostra O dulcis ihu: ostēde nobis facie tuā z salui erim⁹. Videtes aūt pulsima ꝙgo eoz magnā devotionē z fidē: prexit ad pspiū. Cōsidera mō quō illi reges z barones sūma cū reuerētia ac devotōe ipam sequūt eūt ꝙsus pspiū Et sbito btā ꝙgo cū venisset vbi erat filius genu flexit: z illi silr. Et tē discoopuit benignissimū ihm: z oīdit illis. Quē illi videtes: sbito deposit coronis z sceptrs regalib⁹ adorauerūt eū: z nō potuerūt lachrymas ptinere. sz cū fletu exclamauerūt dicētes. O diuia bonitas vbi iaces? O saluator mūdi. O gaudiū angelorz quō te humiliasti? O quāt⁹ feruor O magnanima fides istoz regū: q̃ nō suspicati sic idignū regs hiraculū: nō pauptatē matrs: nō viles pānículos: nō aspitatē feni: non feditatē stabuli: nō putarē pueri: sz iabiecto loco z aspo feno mirabant filij dei hūilitatē: q̃ exinaniuit semetipm: Phil. ij. In pauptate mris stupebāt de idicibili ei⁹ pauptate. In vilib⁹ pānículis attēdebāt splēdorē virtutū In mortali carne ꝙsiderabūt ineffabilē eius dignatiōez. ¶ Possum⁹ aūt ꝙtēplari q̃ diabol⁹ conat⁹ est aūtere magos a fide xpi: z pbare q̃ nō erat deus: sed pur⁹ hō multis ratiōib⁹. Quib⁹ sapientissima virgo rñdit. Et ꝓmo sic arguit diabol⁹ di. Iste puer generād⁹ annūciat⁹ est fore. ḡ est tm̃ hō z nō deus. ꝓsequentia pz q̃ Isaac. Samson z Johes baptista annūciati sunt parentib⁹ suis: qui tñ nō fuerūt nisi homines. Rñdit btā ꝙgo. Uez ē q̃ iste puer annūciat⁹ ē mihi nascitur⁹ ex me: sz ꝙginē remanēte. qđ de alijs n̄ fuit. De me em̃ pdictū fuit Isaie. vij. Ecce ꝙgo ꝓcipiet z pariet filiū: z vocabit nomē ei⁹ emanuel. i. nobiscū deus. Et Ezech. xliij. Uidi portā in domo dñi clausā tē. z Dan. ij. Lapis abscisus est de mōte sine manib⁹. Sēdo dixit diabol⁹. Iste puer ꝓceptus est i vtero fore. ḡ est hō z nō deus ꝓz ꝙsequētia. Qz deus cū sit infinit⁹ oīa implet. Un ait Hiere. xxiij. Celū z terrā ego ipleo. ḡ nō potuit claudi ꝙgis vtero. Rñdit beata ꝙgo illud Augustini in li. cōtra Faustum manicheum di. Nō plane catholica fides q̃ xpm dei filiū natū ex carnem credit ex ꝙgie vllo

Quō diabol⁹ conabat reges aūtere a fide p decē argumēta.

mō eūdē dei filiū sicī vtero mulierʒ ī cludit. ḡsi extra nō sit: qsi celi ⁊ terre administratōz uiuerit: qsi a pze recesserit. ſz vos manichei corde illo q̄ nihil potestʒ nisi corpalia fantasmata cogitare. ista oīno nō capitʒ ⁊c. Dixit ḡz illud eiusdē Aug⁹. in epla ad Uolusianū Hoīm iste sensus est nihil nisi corpa valentiū cogitare: ḡrū nullū pōt vbiq; eē totū. qm̄ p inumerabiles pres aliud alibi habeat necesse est. longe alia est natura aiē ḡz corpis: quāto magis dei q̄ creatoz est anier corpis. q̄ nouit vbiq; totꝰ esse: ⁊ nullo cōtineri loco: nouit venire nō recedēdo vbi erat. nouit abire ñ discedēdo q̄ venerat. vñ nō est facta mutatio in deo: sed in hoīe assumpto. Tertio arguit diabol⁹ dī. Iste puer natꝰ est ex feia: ḡ est hō ⁊ nō dꝰ. Ptz ꝯsequntia. qz sicut moꝛs hoīm subsecuta est ex pcō p̄moꝛ parētū: iuꝛ illud Ben. ij. Quacūq; die comederitʒ ex eo morte moriemi. Ita etiā doloꝛ partꝰ: fm illd Ben. iij. In doloꝛe paries filios. Sz h̄ nō fuit cōuenies deo nasci cū doloꝛe matrʒ pturiētʒ. ḡ ⁊c. Rndit beata ỹgo. Ille mlieres pariūt filios cum doloꝛe q̄ ꝯtraxerūt pctm̄ originale. ego aūt sum illa de q̄ dꝛ Lan. iij. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula nō est in te. Et iō pe/pri filiū meū sine doloꝛe. Un de mepphetatū fuerat Isa. xxv. Germinās germinabit si cut lilium: ⁊ exultabit letabunda ⁊ laudās. Quarto arguit diabol⁹ dī. Iste puer natꝰ est apd ciuitatē puā. ḡ ē hō ⁊ nō dꝰ. ptz ꝯsequntia. qz Isa. ij. dꝛ. De lyō exibit lex: ⁊ ỹbū dñi de hierlm. Si ḡ iste puer erat dꝰ: nasci debebat in hierlm. Rndit ỹgo būdicta. Filꝰ dei debebat nasci de semine Dauid fm carnem. cui dixit dꝰ pz ps. cxxxj. De fructu vētʒ tui ponā sup sedē tuā. ⁊ iō apd Bethleem nasci debebat a q̄ dauid originē traxit: ⁊ in q̄ natꝰ ē ſ. Reg. xvj. vt impleret ꝓpheta Michee. v dī. Tu bethleem terra ephrata puula es ī milib⁹ Juda. Ex te exiet dux q̄ regat ppl̄z meū Israel. ⁊ egressus eiꝰ ab initio a diebus eternitatis. vbi trāslatio chaldaica hz. Ex te egredief messyas. Quinto arguit diabolꝰ dicēs. Iste puer natꝰ ē plorās. ḡ est hō ⁊ nō dꝰ. ārtecedēs ptz Sap. vij. Simlē vocē oīb⁹ emisi plorās. Ꝯsequntia etiā patz. qz vt ait sybilla agrippa. ē leticia sempit̄na. Rndit sapientissima ỹgo dī. Iste ploratꝰ ꝓgruꝰ fuit finī incarnatiōis. qz ad h̄ filꝰ dei carne ex me assūpta venit in mūdū vt p pcō gnis hūanā satisfaceret. De cui⁹ fletu pdixit pdicta sybilla dī. Flebit dꝰ leticia sempit̄na. Un⁹ aut ēp pcō alteri⁹ satisfacit: qñ penā pcō illi⁹ arbitā in se suscipit. ploratꝰ aūt est pena pcī q̄ est īt mūdū p adā introductū. ⁊ iō ꝓgruū fuit ad finē icarnatōis vt filꝰ me⁹ penalitatē hāc ⁊ alias susciper. sic̄ p̄dictū fuit Isa. liij. Uere languores nr̄os ipe tulit: ⁊ labores nostros ipse portauit. Sexto inq̄t diabolꝰ. Iste puer inuolutꝰ pānis. ḡ est hō ⁊ nō dꝰ. añcedēs patz Lu. ij. ibi. Inuenietis infantē pānis inuolutū. Ꝯsequntia etiā patz. qz si dꝰ celi celoꝝ capere nequeūt. ij. Para. vj. mlto minꝰ pānis pōt inuolui. Rndit brā ỹgo illud brī Maximi in ser. de natiuitate dñi. Si tibi sensuuz tuoꝝ fragilitate minꝰ dignū videt filiū dei de femina natū credere. ỹginē cogita pperisse. Si tibi pānī q̄b⁹ inuolut⁹ est fortasse vilescūt angelos collaudātes: ⁊ multitudinē celestis exercit⁹ admirare. Deꝰ ḡ oīpotēs voluit inuolui pāniculis: in rta illō quod canit eccl̄ia Mebra pānis inuoluta ỹgo mr̄ alligat: amanus pedesq; crura stricta cingit fascia. vt homine in pctis inuolutū ⁊ ligatū dissolueret. ¶Septimo arguit diabolꝰ dī. Iste puer natus ē inf aialia. ḡ ē hō ⁊ nō dꝰ. Añcedēs ptz Baruch. iij. vbi dꝛ. In medio duoꝝ aialiū cognoscēris: fm vnā trāslationē. Ꝯsequntia ptz. qz absurdū videt deū sapie ꝯditoꝛē iter bruta aialia nasci. Rndit brā ỹgo: qz hō per pctm̄ factꝰ erat vt bestia. vñ de eo ps. inq̄t. Homo cū in honoꝛe esset iumentis insipientibꝰ: ⁊ silis factꝰ est illis. Ideo dei filꝰ vt bestialitatē ei⁹ in rōnabilitatē ꝓuerteret natꝰ voluit ad h̄ insinuandū in medio bestiarū reponi. Iteē vt verificaret ꝓpheta Isa. j. Cognouit bos possessoꝛē suū: ⁊ asin⁹ plenę dñi sui. Iteē vt p h̄ designaret ꝓuersio indeoꝝ ad ei⁹ fidē. q̄ figurant p bouē. vt patuit ī pastoꝛib⁹. Et ḡtiliū q̄ figurant per asinū: vt nūc ptz ī imagʒ. Iteē p bouē designat maturitas discretōis: q̄ est ī aīa filij mei pfectissimo mō. Et pasinū austeritas oneris: q̄ erit in corpe ei⁹. Octauo arguit diabolꝰ dī. Iste puer natꝰ est in diuersoꝛio: ⁊ reclinatꝰ ī p/sepio. ḡ est hō ⁊ nō dꝰ. Añcedēs ptz Luc. ij. Reclinauit eū ī psepio. qz nō erat ei locꝰ ī diuersoꝛio. Ꝯsequntia etiā ptz. qz h̄ indecēs videt diuine maiestati. Rndit beatissima ỹgo illud sancti Maximi in sermone de natiuitate dñi. Si psepe in q̄ infans iacuit despicē erige paulisper oculos: ⁊ nouā in celo stellaz prestantē mūdo natiuitatē dñicā contuere. Si credis villia: crede mirifica. Si de his q̄ humilitatis sunt disputas: que alta sunt ꝛce lestia venerare. s. istā micantē stellā: cui⁹ ductu isti reges huc venerūt. sicut p̄dictum fuerat Isa. lx. dū dꝛ. Et ambulabūt gētes in lu/

mine tuo: ⁊ reges in splēdore ortꝰ tui. Nono dixit diabolꝰ. Iste puer vocat noie humano Jesus. g̃ē hō ⁊ nō deꝰ. ptz ꝓsequntia: qz Exo. iij. dixit dꝰ moysi. Quid queris nomē meū: qđ est mirabile: Rn̄dit bt̄a ỹgo illud quod inq̃t dꝰ Isa. lij. Propter hoc sciet ppl's me nomē meū i illa die. qz egoipse q̃ loq̃bar ecce adsum. Decimo arguit diabolꝰ dicens. Isti magi obtulerūt myrrhā huic puero. g̃ est hō ⁊ nō deꝰ. qz myrrha data ad pſuatōez a corruptōe q̃ nō ꝓuenit diuitari. Rn̄dit bt̄a virgo Qz imortal deꝰ ꝑ hoim salute factꝰ ē monstralis. ideo debuit ei myrrha offerri. p quā mortalitatis assumptio designat. Un̄ Can̄. iij. ipe ait. Uadā ad montē myrrhe ⁊ ad collem thuris. De oblatiōe aūt istoz regū ꝓpheta tū fuit Isa. lx. vbi dr. Oēs de saba venient aurū ⁊ thus deferētes: ⁊ laudē dño annūciātes Tūc diabolꝰ cōfusus recessit. Ipi ỹo magi i fide roborati feruētiores facti sunt. Et credē dū ē q ipe bn̄dictꝰ ỹgis filꝰ istos reges q̃ tāto laboze eū q̃sierāt ⁊ eū tā reuerenr adorare rāt ac tāto venerabant affectu: absq; leticia ⁊ magna cōsolatiōe abire non pmisit. Idcirco ꝑsiderem⁹ qualiter i brachijs maternis exīs aspiciebat magos hilari facie. ipīsq; gestu ac nutu blandiebat. ⁊ signis quibꝰ poterat oñ debat se lerū de illoz visitatiōe: de q̃ btissima ỹgo summope gaudebat. Joseph ỹo lachrymabat pre deuotiōe ⁊ gaudio. Nō em̄ credē dū est ipm̄ ioseph fuisse absentē qñ magi adorauerūt filium ỹginis: vt q̃dā opinant assignātes rōnē: q. s. dei nutu h̄ factū est. ne magi xp̄m putarēt de ioseph generatū. Hec em̄ opinio nō videt vera. nā ipūssūs q̃ duxerat magos: ⁊ istruxerat in via de ptinētib⁹ ad incarnatiōz filij dei: etiā eos istruxerat de misterio Joseph. ⁊ q̃ datꝰ essz ỹgini spōsus ad habendā curā pueri ⁊ ipi⁹ ỹgis. Et ideo credendū videt q̃ fuerit pns tali gaudio. Un̄ Johānes gerson i sua iosephina inq̃t. Inuenīsse ioseph pastores lr̄a tradit. Mētio nlla fit hic: ꝛ qualiter hui⁹ honoris Hui⁹ mysteriū māsisse putabit exoꝛs. Presertim reges q̃n cessere repēte De reditu verito nā somnis visio facta est. Quid quod muneribꝰ est aptꝰ recipiēdis Atq; recondendis: an sola relicta videt Mater cū puero. qñ vaga fama p vrbē Insonuit totā reges venisse potētes. In dromedarijs i pulcro ⁊ diuite cultu. Quid q̃ fortassis pgrādis fulgida stella Uisa fuit multis: signo q̃ stella pacto ⁊ Materiā redit vñ fuit formata ꝓtē. Tātos nōne ioseph te cū miraris honoꝛes: Nūq̃d nō matri ꝓgaudes tristia passe: Multa paꝰ puto q̃d vult hec veneratio q̃ris: Rn̄det ỹgo: vates mēorata ꝓtes. Mi vir: mi dñe: saluandas credito gentes. Et sua perfundet fidei lustratio corda. Primitie veniūt. inter miracula nullū Maꝰ ꝑdictū ē: totoq; ipleb̄it orbe. Fiet ⁊ ecclia de gētib⁹. ast synagogā Magna ꝑ prece cecanit deuꝰ erroꝛ. Diuitias reges ⁊ opes cumulare cupiscēt. Addēt ornatꝰ templis cum dotib⁹ amplis. Plurima dona ferēt: q̃ mystica plura decebūt. Hec ille. Credēdū q̃z est q̃ mitissima ⁊ humanissima ỹgo maria cernēs in his magis tāta fidē tāta q̃z deuotionē multa eis verecūdo ⁊ benigno sermōe de filio suo locuta est: enarrādo quō illū angelo nūciāte cōcepit ⁊ pepit angelis iubilātib⁹ ⁊ cātātib⁹ Glia in altissimis deoz. quō filij sui nativitas ab angelo fuerat pastoꝛib⁹ nūciata. Lōmēdabat insup magoz prudentiā: eorumq; sollicitudinē ateq; benignitatē: q̃ ad ipm̄ vidē dū tā cito ꝓperauerāt. ⁊ de oblatis muneribꝰ grās referebat. Uidensq; ipa bn̄dicta ỹgo q̃ dulcis eius filiꝰ osculēdebat signis q̃ libenr in brachijs magoz fuisset. quos tā libēter videbat: illis eū liberalissime ꝓtulit amplexandū ⁊ osculandū. O ỹginis consueta pietas: o filij dei ꝓfunda humilitas: o gratia supercelsitua oziēs aliū regū. q̃ a ỹgine mīe filiū dei incarnatū iter sua pectora stringēdū susciperet Notādū ỹo q̃ isti magi (vt hā Mat. ij.) admoniti i somnis ne redirēt ad Herodē: p aliam viā reuersi sunt in regionē suā. Licz em̄ Herodes dixisset eis. Ite ⁊ iterrogate diligēter de puero: ⁊ cū inueneritis renūciate mihi vt ⁊ ego veniēs adorē eū. hoc malicioſe dixerat. Un̄ Greg. i omelia Ephie ait. Adorare eum se velle simulat: vt vicz hūc si inuenire possit extinguat. De hoc etiā loquēs Johes gerson vbi s. ait. Stella fuit formata noui ꝓnūcia regis. Conspiciunt illam reges: veniunt: ⁊ in vrbe Sancta dū sistūt: cōquerūt est vbi natus Judeoz rex: hec vrbez questio turbat. Te ꝓturbato nimiū crudelis herodes. Jugiter anxia fit dominādi sena cupido. Turba sacerdotū scribarūq; agmie multo. Cōmoniti veniūt: ⁊ dāt rnsa petēti. Nascet xp̄s i Jude bethleē vrbe. Sicut divia de ꝓmplit voce micheas. Auxilio nimis humano q̃ fidere querūt Perdūt diuinū. sit in vrbe recōdita stella. Defozis inspicit: reges p cedit ad vsq; Clara domū sup̄ pueri ꝓsistere visa. Lōgaudent valde. crudel clā paꝰ ipsis Rex accersitis fallax cōdixerat. ire: Queritе de puero vt veniēs deuot⁹ adorē. Mentiris

Sic Raban⁹ dixit ⁊ glo. ordinaria Mat. j. q̃ ꝑ credidit opinionis gersonis zantoꝛis

fraus ficta tibi. nã pdere q̃ris: Nõ colere ifã tẽ. sic se põrerevez Fingit hypocrita: vult expũgre reptũ. hec ille. Propt̃ h̃ igit̃ ipi magi p aliã viã reũsi sunt in regionẽ suã. Et iõ herodes irat⁹ q̃ eẽt ab eis illusus: fecit in odiũ eoz cõburi oms naues tharsis. qz ipi reges erãt de ptib⁹ illis. Et ita exponit̃ illud qđ p/dictũ fuerat p Dauid ps. xlvij. In spũ vehemẽti ꝓteres naues tharsis. ¶ Hec aũt reuersio magoz nobis aliq̃d insinuauit faciendũ. Unde Greg. vbi. s. ait. Magnũ ẽo nob aliq̃d magi innuũt: cũ in regionẽ suã p aliã viã reuertunt̃. In eo nanqz q⁹ admoniti faciunt pfecto nobis insinuãt quid faciam⁹. Regio quippe nostra padisus ẽ: ad quã ihu cognito redire p viã qua venim⁹ phibemur. Ab regione erem nostra supbiẽdo: iobediẽdo vsibilia sequẽdo: cibũ veritũ gustando discessimus. sz ad eandẽ necẽ est vt flẽdo: obediẽdo: visibilia cotẽnẽdo atqz appetitũ carnis refrenãdo redeam⁹. q̃ p aliã viã ad regionẽ nr̃am regredimur qñ q̃ a padisi gaudijs p delectamẽta discessim⁹: ad hec p lamẽta reuocamur O igit̃ devota anima cõsidera quãtũ exultabat ꝯgo brissima: q̃ videbat puerũ suum a bonis regib⁹ sic venerari: a malis rãtũ timeri De quo inq̃t Aug. in ꝑmone Eph̃ie. In p̃se pe iacebat. z magos ab oriẽte vocabat. Ab/cõdebat in stabulo: z agnoscebat̃ i celo. vt agnus in celo manifestaret̃ in stabulo. z appellaretur epiphanie dies iste. qđ latine manifestatio dici p̃t. Simul ei⁹ cellitudinẽ humilitatẽqz cõmẽdãs: vt q̃ in apto celo sydereis signis mõstrabat̃: in angusto diuersorio quesit⁹ inueniret̃. mualid⁹ in infantilib⁹ mẽbris inuolut⁹ in pãnis adorareta magis: timeret̃ a malis. Pie g̃ timeãt reges ad p̃zis dexterã sedẽre: quẽ rex imp⁹ timuit adhuc matris vbera lambẽtẽ. Et ibidẽ exclamat idẽ Aug. di. Quis est iste rex tã paruus: tã magn⁹ nõdũ in terris loquẽs: z iã in celis edicta ꝓponens: O felices reges orientales: q̃ isti⁹ magni regis famuli facti est̃. Ut aũt dr Exyf. sup Mat. cũ ad patriã suã reuersi eẽnt pdicãtes multos erudierũt. Et deniqz cũ beatus Thomas apl's post ascẽsũ Dnẽ dñi i illa regione preriisset: ab eo baptizati sunt: z facti sunt adiutores pdicatiõis ei⁹. Quoz corpa post felicẽ mortẽ ꝓmo p Helenã Cõstãtini matrẽ repta Cõstãtinopoli trãslata sunt. Deinde plcm Eustorgiũ r: mediolanen. epz Mediolanũ sunt pducta. Et vltimo p Fredericum impatorẽ Coloniã theutonie sunt dlata. Et (vt dr) sp cũ facie respiciũt ihus mediolanũ z si aliqñ revoluant̃: itez se vertũt ihus ipaz ciuitatẽ in qua multis annis steterũt. Eorũ ẽo aie cũ dño ihesu xpo z ipa btã ỹgie matre ei⁹ in celesti regno triũphãt.

Quid magorũ reditio significet.

Corpora regũ vbi sint

¶ Pars quarta hui⁹ sermonis que dicit̃ ꝑsentatiõis.

k

Et q̃rto gaudio bñdicte ỹginis satis dixi in. viij. pte ꝓncipali hui⁹ opis: z iõ h̃ breuit̃ pträseo. Si ei Symeõ rãtũ gaudisus ẽ in ꝑsentatiõe puuli ihesu in tẽplo: vt viso z amplexato eo cantauerit. Nũc dimittis seruũ tuũ dñe z. quãtũ debebat iubilare mater ei⁹ videns sctm̃ symeonẽ spũsctõ feruentẽ obuiare filio suo: z coã eo genua flectere: eũq̃ vt dñm z deũ suũ adorare adhuc in maternis brachijs existẽtẽ atqz cũ humilitate z deuotiõe maxima extendentẽ brachia sua: z dicẽtẽ eidẽ pijssime ỹgini. O bona dña: o genitrix dei mei: o regia celi: obsecro placeat vobis dare mihi osculandũ z amplexãdũ ac in vlnis meis fouendũ dulcissimũ filiũ vestrũ saluatorẽ meũ: quem tãto tpe expectauit: z videre desiderauit. z de cui⁹ visione rñsum a spũsctõ accepi. Ego em̃ ad hoc officiũ a deo elect⁹ sum: ad hoc missus sum: z huic misterio reseruat⁹. Cui cũ benigne ỹgo filiũ suũ liberalit̃ obtulisset. z cui⁹ bñdicti pueri facie radij lucidissimi exibãt: ille lachrymis ex dulcedie decurrẽtib⁹ cũ reuerẽter z inaniter amplexat⁹ z osculatus exclamauit O felix mater q̃ te bñdictũ saluatorẽ meũ generauit. btus venter q̃ te portauit: z vbera q̃ suxisti. Existio aũt q⁹ ipe Symeon dni⁹ spiritu exclamaret. Curite curite oẽs gẽtes: z videte puerz q̃ fecit celos. Curite ỹgines et letami cũ maria. curite viri z accingimi virtute cũ sctõ Joseph. curite vidue z pdicate ac bñdicite hũc sctissimũ puuluũ cum Anna. curite angeli z obstupescite eũ in tẽplo offerri: cui oĩa offerunt̃ sacrificia. curite iusti accipite leticiã. curite petrozes z accipite veniaz curite senes z cantate mecũ Nũc dimittis seruũ tuũ dñe sm̃ ỹbũ tuũ in pace. Quia vide rũt oculi mei saluare tuũ z. In q̃ cantico laudauit filiũ ỹgis de trib⁹. ꝓmo q̃ eẽt saluator mũdi. scõo q̃ eẽt lumen tot⁹ orbis. tertio q̃ esset gl'ia plebis Jsrael. qz magna est gl'ia iudeoz q̃ fili⁹ dei nat⁹ sit de eoz stirpe. Nõ solũ aũt gaudisa est btã ỹgo de sancto symeõe cõmẽdare filiũ suũ: sz etiã de beata Anna ꝓphetissa: q̃ mirabilia de xpo oĩbus pdicabat. De his aũt oĩbus tractat Johes gerson vbi supdicẽs. Rñsum symeon accepit de super olim Nõ te moꝛs rapiet nisi xpm videꝛs añ. Xps

vbi venit q̄d gr̄a suggerit audit. B̄ra celestz radias bonitatis imago. Ecce suū venit ad tēplū dñi dñator. Juste senex timorate dei: quē spūs ip̄le t Interno affatu: facie occurras venienti. Ulnis accipito puerū bñdicito dicēs. Dimittis dñe me nūc i pace fm Uerbū tuū: q̄ sum fuus tuꝰ alme. Nāq; tua ppriis oculis nūc cerno salutē Sue salutare qđ cūctor populor. Ante paras facie lux gentibꝰ altra reuelās Jsrael ipe tue salꝰ est et gloria plebis. Mēbra senex g̃ q̄uis lāguore grauata Lorde vigente monet: templū petit ornat ouāter. Nūc ea: nūc illa loca tēpli sua det alacris Sic faciāt alij: q; mox veniet dominator. Prospicit ex aditis tēpliq; p atria quādo Promissus veniat: vidit p̄cedere tā dē Bethleē ex vtbe te ẏgo ioseph puerumq; Agmine cum sancto vicinorū atq; parentū. Spūs ex tēplo scūs sibi pdidit: hic ē. Exilit t iubilat: nō se capit: atq; iuuenus Est aglevi sa: mens i dño renouat. Forte sacer dotū sancta de sorte beati Tūc aderant cū te puero venerāde rohes Uir zacharias: t olim sterilis sua gaudia vidit. Venerat anna senex octogenaria vates. Deq; iesu cūctis multo fmone loquūtur tc̄.

Gaudiū marie de resurrectione dñi

¶ Pars q̄nta hui⁹ fmōis de q̄nto gaudio bt̄ ẏginis qđ dr resurrectiōis t ascēsiōis.

i Mista pre ꝓtinet gaudiū duplex qđ ipsa ẏgo bñdicta habuit de filio suo. Primū ē de eꝰ resurrectōe qñ. s. vidit dilectū filiū suū quē in sepulcro ipsa reposuerat totū liuidū t plagatū: cū tāta gl'ia t triūpho resuscitatū. O cuz quāta dulcedie cordis t suauitate splēdidissimū corꝑ filij sui deosculabat: incipiēdo a capite: discurrebatq; p singla mēbra di. O fili mi q̄ pulcri sunt capilli tui q̄s a indeis dilaniatos cōsperi. q̄ pulcra est facies tua: quā totam liuidā t sanguīe infectā vidi. t sic de singulis mēbris dicebat. Decātabatq; cū ppheta dicens ps. xxix. Conuertisti planctū meū in gaudiū mihi. ¶ Sciēdū ē aūt q; saluator noster ꝓmo apparuit sue mri pꝰ resurrectionē q̄ alicui alteri. Un Amb. in li. de ẏginibꝰ ait. Resurrectiōz dñi maria ẏgo ꝓmo vidit t credidit. Huic aūt opinioni nō cōtrariat illd qđ dr Matt. vi. s. q; surgēs iesus apparuit ꝓmo marie magdalene. qz illud dictū i/telligit sicut illud Mat. xj. Inter natos mulierz nō surrexit maior Johāne baptista. Ex qbꝰ tñ ẏbis nō sequit q̄n rpus t btā ẏgo sint maiores ipso Johāne baptista. Iz sint nati ex mulieribꝰ. sed p illa verba voluit saluator intimare q; inf illos q̄ ceciderant p̄ peccm̄ originale nemo surrexerat maior Johe baptista. si ei⁹ ẏba itelligant q̄ ad hñdā gl'iam celestē Ex qbꝰ ꝓcludit q; rps t btā ẏgo q̄ nō ceciderit ī pcto originali: t p dñs non surrexerūt ab eo sunt ipo Johe maiores. Et ō ipe dñs i pdictis ẏbis studiose t norāter dixit. non surrexit. nō aūt ait. nō est vel erit maior. Et sil'iter itelligunt pdicta ẏba Marc̄ i. q; rps resurgēs ꝓmo appuit marie magdalene q̄s alicui alteri ex his q̄ aliq̄n peccauerāt. Et ideo notāter post illa ẏba statim subinfert. a qua ciecerat septē dem̄onia. Et hanc opinionē tenet sc̄ta mater eccl'ia. Et in signū q; rps ꝓmo appuit ẏginī gl'iose in die resurrectiōis dñi statiōnē celebrat apd̄ sanctā mariā maiorē i vbe roma. In qua eccl'ia cū i pdicta die missā decātaret sc̄us Gregoriꝰ t dixisset. Pax dñi sit sp vobiscū. angelꝰ dei alta voce rndit. Et cum spū tuo. Et ob h̄ cuz in die pasce papa ibi celebrat i testionū huiꝰ miraculi. q̄n dic̄ Pax dñi tc̄. nihil sibi rndet. ¶ Si aūt q̄rat q̄re de hac appitiōe facta matri nulla faciūt euāgeliste mētionē. Rndet doc̄. q; appariti/ones xp̄i exhibite mri: t familiaria inter eos colloq̄a: atq; amoris sublimia signa intantū fuerūt itellectū humanū excedētia q; nec potuerūt bene sciri: nec ab iferioribꝰ dici: nisi cū tāta diminutiōe q; illa dicere cēt nob eoz ex cessu q̄dāmō deuīgre. Jtē spūsctō t euāgelistis ppositū erat illas appariciones describere q̄ carnalibꝰ hoibꝰ possent de resurrectiōe xp̄i fidedignū testimoniū ꝓbere. rideo noluerūt ponere appitiones factas mri. cui⁹ testimonio p filio nō credit. l. videam⁹. ff. de in litē iu.

Quare euangeliste nihil dicunt de appitiōe marie

Xp̄us resurgēs ꝓmo apparuit marie

Si em̄ ẏba extranea ꝓmiscue deliramenta visa sunt iudeis. multo magis mirū p filij honore delirare. Pōt aūt hec apparitio sic ꝓbari. Primꝰ debuit rps cōsolari illos q̄s plꝰ dilexit: t a qbꝰ plꝰ dilect⁹ fuit: t a qbꝰ pla bñficia recepit. t quos magis tribulatos t afflictos reliq̄rat de passiōe sua t morte q̄ alios. amor em̄ debet esse recipro⁹. ix. eth. Et bñficiatus esse debet gratus suo bñfactori. l. sed t si lege ff. consuluit. ff. de peti. here. t. c. cū j officijs. de resta. t. c. de fo. ma. xvij. q. v. Cū igit ipse dñs iesus nullū habuerit in h̄ mūdo chariorem amicū. nec a quo plura bñficia receperit q̄ matrē suā. cui ex p̄cepto legis debebat particulare reuerentiā t honorē: Exo. xx. Deutero. v. t Mat. xv. Et quā eiusdē p̄cepti obligatōe tenebat cōsolari p suo posse fm sniam Alexan. de ales in. iij. parte summe: in tracatu de p̄ceptis decalogi: sup. iiij. p̄cepto. Et/

go indubitāter tenēdū est q̄ p̄mo eam consolatus est. Nullꝰ em̄ erat in hoc mūdo q̄ tantum doluerit de morte ip̄iꝰ dn̄i Jesu: quantū cordialissima mater sua. Cum igit̄ ille q̄ in vno grauaꝝ: in alio debeat subleuari. l. eum q̄. ff. de iureiu. Cūq; eiꝰ sit cōmoda seq̄ q̄ incommoda sequūt. l. p̄m naturā. ff. de reg. iu. et. §. cum aute. instit. de empt. et ven. et. l. id quod. ff. de peri. et cōmo. rei ven. et. c. charitatē. xij. q. ij. et. c. q̄ sentit. de regu. iu. li. vj. Ideo nō ē dubitandū q̄ beata ꝑgo que p̄ma fuit in dolore filij sentiēdo: fuit etiā p̄ma in ptic̄ipāda eiꝰ consolatione. vt essent socij cōsolationū sicut fuerāt socij passionum et tribulationum. c. j. de sepul. et. ij. ad Ebꝛ. j. ¶ Apparuit ergo ip se dulcis Jesus sue benedicte matri totus iocundus: et eam ineffabili gaudio repleuit. qō ex quattuoꝛ causis p̄cedebat. Primo ex eo q̄ filius suus imortalitatem induerat: iuxta illud ad Roma. vj. Christꝰ resurgens ex mortuis: iam nō moꝛitur: moꝛs illi vltra non dominabit. Unde Leo papa in quodā sermone inquit. Post passionem xp̄i ruptis vinculis mortis: infirmitas in virtutē: mortalitas in eternitatē: et contumelia transiuit in gl̄iaz Secūdo causabat ex eo q̄ videbat filiū suuz eduxisse sanctos patres de limbo. sicut p̄nunciatū fuerat Zach. ix. vbi dꝛ xp̄o. Tu quoq; in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de lacu i quo nō erat aqua. Tertio causabat ex eo q̄ filius eiꝰ nobis oīibus et p̄cipaliter sibi de resurrectiōe sp̄em dabat: iuxta illd. ij. ad Ebꝛ. iiij. Qui suscitauit ip̄m et nos cū iesu suscitabit. Cum em̄ caput nostrū xp̄s resurrexit: p certo tenere debemꝰ q̄ etiā nos resurgemꝰ. quia coꝛpus sequit̄ naturā sui capitis. l. cum in diuersis. ff. de reli. et sump. fu. et accessoꝛium sui p̄cipalis. l. cum p̄cipalis. ff. de reg. iu. et. c. accessoꝛiū. eo. ti. libꝛo. vj. Et ideo in ꝑt Apls. j. ad Ebꝛ. xv. Si xp̄s resurrexit: quō quidā in vobis dicūt: q̄m resurrectio moꝛtuoꝛ nō erit? Quarto causabatur ex eo q̄ videbat et cognoscebat q̄ filiꝰ eius angelicum numeꝝ adimplebat: et coꝛum ruinam restaurabat: iuxta illud p̄s. cix. Judicabit in natiōibꝰ: implebit ruinas. Et ideo ꝑm Greg. in ome. Pasce: angelus qui annūciabat xp̄i incarnationē: dū in veste alba apparuit: de sua repatiōe suū gaudiū demonstrauit. Lōrēplemur g̃ deuote ꝟ gaudiū ꝟginis et dicamꝰ ei. O maria che fecisti q̄ndo el tuo fiol videsti? Prima credo labꝛasti. e poi ridendo li dicesti. O fiolo delicato Tuto bello e iocundo. Adesso hai cōsolato. El mio coꝛe gemebundo. O maria fame gustare quello cōsolatiōe che fecisti in abꝛazare ihu da poi la passione. Possumꝰ aut̄ deuoto coꝛde meditari q̄ pijssima ꝑgo maria: que per tres dies afflicta steterat: et in cōtinuis suspiꝛijs adueniente tertia die a passione et moꝛte filij: affectuose expectat resurrectionē eius: indubitāter credens q̄ tertia die resurgeret: vel statim appareret. vnde plozādo et lachꝛymādo coꝛde et oꝛe sic dicebat. O pater eterne: ecce iam tempus instat vt filium tuum et meū a moꝛtuis reuoces. Suscita ergo illū: et ad me mitte tanto meoꝛe pro sua passiōe afflictā. Deinde ad filium dicebat O fili mi dulcissime. O fili iocūdissime. O fili amātissime. O fili desideratissime. O fili gratiosissime. O fili suauissime: quē vidi plagis repletum: spinis coꝛonatū: crudeliq; moꝛte extinctū: et in sepulcro positū: quādo videbo te ex moꝛtuis triumphasse? Dixisti mihi sepius o fili dilectissime. Die tertia resurgam. ecce iā dies tertia imminet. Surge ergo dn̄e in requiē tuam vt p̄enūciauit David p̄s. cxxij. et veni et vide tā solatiū aie mee. et verificet illud qō inquit ꝓpheta p̄s. xxix. Ad vesperā demoꝛabit fletus: et ad matutinū leticia. Que verba cū diceret ꝑgo bn̄dicta tota lachꝛymis madefacta: ecce q̄ in ip̄am intrauit incōsueta leticia et tātū gaudiū tāq; indicibilis dulcedo et cōsolatio q̄ nequibat amplius dolere. vñ ītra se cepit dicere. Unde hoc gaudiū mihi? Nonne moꝛtuꝰ est filius meꝰ? Estne foꝛte resuscitatꝰ? Et tūc ad filiū cōuersa dicebat. Dic mihi o fili charissime: es ne tu ille qui venis ad me? Que verba cū diceret: ecce apparuit dominꝰ iesus filius eiꝰ totus festiuus et decoꝛus ac gl̄iosus: associatꝰ oībus sanctis patribus quos de limbo extraxerat. Qui dulciter salutās matrē suā p̄dilectā: amplexatus est eam et osculatus. Et dixit illi. Resurrexi et adhuc sum tecū: p̄s. cxxxviij. Regina celi letare alleluia: q̄z quē meruisti poꝛtare alla. resurrexit sicut dixit alla. Unus aūt seraphin habebat coꝛonā fulgentissimā in manu: qua volebat dn̄s ihs coꝛonare matrē suā. Dixit g̃ ite ꝝ ip̄e dn̄s nr̄ mīi sue. O dona del padiso. Per cui li angeli hano riso. Lo nemico e sta cōquiso e nel iferno relegato. e son quello che hai ꝛcepto pturito e nutricato laltro giozno vedesti moꝛto: crucifixo e vulnerato. vedemi resuscitato tuto quāto glozioso. Li patri sancti o ca uato Da lo limbo renebꝛoso. E son facto impatoꝛe et signoꝛ del vniuerso. De lo mūdo redēptoꝛe e del homo chera pꝛso. Matre mia

Dyalogꝰ ꝛēplatiuꝰ marie et iesu in die resurrectionis

Appens ppus marie eam gaudio replauit.

